



HAL
open science

Tabula Lecture Mellicensis

Monica Brinzei

► **To cite this version:**

Monica Brinzei. Tabula Lecture Mellicensis. Nicholas of Dinkelsbühl and the Sentences at Vienna in the Early XVth century, 2015, 978-2-503-56281-0. <hal-04936255>

HAL Id: hal-04936255

<https://hal.science/hal-04936255v1>

Submitted on 14 Feb 2025

HAL is a multi-disciplinary open access archive for the deposit and dissemination of scientific research documents, whether they are published or not. The documents may come from teaching and research institutions in France or abroad, or from public or private research centers.

L'archive ouverte pluridisciplinaire **HAL**, est destinée au dépôt et à la diffusion de documents scientifiques de niveau recherche, publiés ou non, émanant des établissements d'enseignement et de recherche français ou étrangers, des laboratoires publics ou privés.



Copyright - All rights reserved

Nicholas of Dinkelsbühl
and the *Sentences* at Vienna
in the Early Fifteenth Century

edited by

Monica BRÎNZEI

Table of Contents

Introduction	7
Nicholas of Dinkelsbühl and the <i>Filioque</i> at Vienna in the Early Fifteenth Century <i>Chris Schabel</i>	15
Plagiats individualisés et stratégies de singularisation. L'évolution du livre IV du commentaire commun des <i>Sentences</i> de Vienne <i>Ueli Zahnd</i>	85
From Dinkelsbühl's <i>Questiones Communes</i> to the Vienna Group Commentary. The Vienna 'School', 1415-1425 <i>William J. Courtenay</i>	267
La <i>Lectura Mellicensis</i> de Nicholas de Dinkelsbühl dans le sillage de l'esprit réformateur de Jean Gerson <i>Monica Brînzei</i>	317
<i>Tabula Lecture Mellicensis</i> <i>Monica Brînzei</i>	385
Reading Nicholas of Dinkelsbühl in Medieval Transylvania: Surviving Texts and Historical Contexts <i>Adinel Ciprian Dincă</i>	453
INDEX	473

Tabula Lecture Mellicensis

Monica Brînzei
(IRHT, Paris)

Les *Tabule* qui se trouvent dans les manuscrits contenant des commentaires des *Sentences* nécessitent encore une attention particulière afin de comprendre leurs rôle dans la réception et l'utilisation des ces textes.

Dans la tradition manuscrite de la *Lectura Mellicensis* on peut identifier plusieurs *codices* où le texte du commentaire est accompagné d'une *tabula*¹⁸³. Le contenu de ces tables varie d'une simple liste de questions à un résumé plus ou moins détaillé¹⁸⁴, et pour cette raison il est possible d'identifier plusieurs groupes.

Une première catégorie réunit les tables de questions qui listent seulement l'intitulé de la questions. Par exemple, les tables présentes dans les manuscrits München, Clm 14318, ff. 336rb-337vb ou München, Clm 14319, ff. 228rb-230rb contenant le commentaire en deux volumes I (d. 1-17) et II (d. 18-50). Dans le cas d'une deuxième catégorie, il faut identifier les tables où le titre de la question est suivi des titres des articles ou des *dubia*, ainsi que d'un complément contenant des bribes d'informations du contenu de chaque question. Voir le cas du manuscrit Kremsmünster 47, ff. 1ra-3vb. Une troisième catégorie rassemble les tabules qui donnent le titre, la subdivision de la question, les autorités citées ainsi que la solution de la question. Voir le cas des manuscrits München, Clm 17465, ff. 2ra-13vb (vol. I, d. 1-17) et München, Clm 17466 ff. 2ra-10rb. Ces tabules sont un passage intermédiaire entre le commentaire et ses versions abrégées¹⁸⁵, car elles permettent d'avoir un premier aperçu sur le contenu du

¹⁸³ Par exemple, le manuscrit München, Clm 2761 ou München, Clm 3260 n'ont aucune *tabula*.

¹⁸⁴ Un autre exemple de commentaire des *Sentences* transmis en parallèle avec une variété de tables est celui de Pierre d'Ailly. Voir M. CALMA, « Pierre d'Ailly : « Le commentaire des *Sentences* sur Pierre Lombard », dans *Bulletin de Philosophie Médiévale* 49 (2007), pp. 139-194.

¹⁸⁵ Voir la liste de MADRE, *Nikolaus de Dinkelsbühl*, pp. 121-125 et l'article de U. Zahnd dans ce volume.

commentaire, sur sa structure et sur les positions acceptées par rapport à une problématique développée dans le texte.

Afin de rendre accessible le contenu de ce texte dans l'absence d'une édition critique ou d'une transcription complète du commentaire nous proposons dans l'annexe suivante une transcription de la *Tabula* qui se trouve dans le manuscrit TM 536 et qui appartient à la troisième catégorie ci-haut présentée.

Pour la transcription de cette *tabula* et dans la mesure du possible j'ai suivi l'orthographe du manuscrit. Les passages inintelligibles où qui posaient de problèmes ont été corrigés avec le manuscrit München, Clm 2490. J'ai inséré après le titre de chaque question une liste d'autorités citées explicitement dans le texte. J'ai choisi de limiter cette présentation seulement aux autorités provenant du milieu universitaire médiéval. À cause de leur abondance j'ai laissé de côté les citations bibliques, les autorités patristiques, Augustin, Aristote, Averroès et les théologiens d'avant l'université, à savoir Anselme, Hugues de St. Victor, Richard de St. Victor. Les passages en caractère gras reproduisent les passages avec l'encre rouge dans le manuscrit.

Tabula Lecture Mellicensis

TM 536, ff. 530ra-549vb

/530ra/ Utrum in quolibet hominum statu fuerint aliqua sacramenta.
[Thomas×2]

Distingwuntur duo status, scilicet nature integre et nature corrupte. Et tria tempora, scilicet legis nature, legis mosayce et legis nove. **De triplici acceptione.** De triplici acceptione sacramenti et quomodo sacramenta veteris legis significabant Christum declaratur hic, principaliter de agno; deinde respondetur ad questionem. 5

Utrum sacramenta veteris legis suo tempore contulerint gratiam ratione operis operati. [Thomas×5] Quid opus operans et quid operatum. Ad questionem respondetur negative, sed conferebant gratiam ratione operis operati. <Sed ab immundiciis carnis mundabant ratione operis operati>. Quid fuerunt ille carnes immundicie. Quomodo sacramenta veteris legis significabant, sanctificabant et quomodo non. 10

Utrum sacramenta nove legis conferant gratiam ratione operis operati. [Thomas×1] Premittuntur tres diffinitiones sacramenti nove legis. Et declaratur diffinitio Magistri. Et ad questionem dicitur quod conferunt gratiam ratione operis operantis et operati. 15

Utrum sacramentis nove legis insit quedam virtus, ratione cuius causent gratiam effective. [Thomas×7; Scotus×6; doctores×5; Petrus de Tarantasia×1] De hoc recitantur due opiniones contrarie et quelibet declaratur per exempla. Et pro parte solvuntur hinc inde argumenta. Consequenter dicitur de efficacia sacramentorum, et unde illam habeant et quod sacramenta a Christo ante passionem instituta /530rb/ habuerunt tunc a passione exhibenda in re, sed exhibite in voluntate et minorem quam post passionem in opere exhibitam. 20 25

6 legis] lege *ms.* 8 legis] lege *ms.* 11–12 Sed ... operati] *om. hom. ms.* 12 immundicie] immundicem *ms.* 17 operati] operanti *ms.*

Circa textum. Primum dubium an omne sacramentum sit signum. Declaratur quid signum dicatur. Et dicit quod omne sacramentum nove legis significat tria. Quid intelligat Magister per observancias ceremoniales, et unde dicantur cerimonie. Quomodo sit intelligendum dictum Magistri quod homo ante peccatum sine medio Deum videbat. 30

Quomodo sacramenta nove legis. Quomodo sacramenta nove legis consistunt in verbis et rebus.

Circa secundam partem prime distinctionis. [Thomas×4; Bonaventura×1; Nicholaus de Lyra×1] Utrum circumcisio fuerit in remedium originalis peccati tempore legis nature congrue institutum. Quid fuerit circumcisio et de peccato originali et eius pena. Item plures utilitates circumcisionis. Et quare fuit data Abrahe, et assignantur multe bone cause quare Christus voluit circumcidi quamvis non indigerit, nec fuerit eius debitor. Et quomodo non oportet nos suo exemplo circumcidi. 35

Utrum preceptum de circumcisione fuerit de suo tempore omni obligatorium. 40

Utrum fuerit de necessitate quod fieret die octavo, et lapideo cultro. [Thomas×1] Inter cetera dicitur quid tempus octave diei et etiam quid culter lapideus significabant.

Utrum conferebant gratiam ratione operis operati. [Thomas×2; doctores×2; Bonaventura×1] Primo reprobatur opinio Magistri. Et dicitur quod remedium tunc habebant femelle contra originale. Que fuerit differentia quo ad effectum inter circumcisionem tunc et nunc baptismum.

Utrum circumcisio et legalia alia cessaverint in Christi passione. [Nicholas de Lyra×7; Thomas×4; Scotus×4; doctores×2; Bonaventura×1] Dicitur quod circumcisio cessavit cum successit ei baptismus, qui perfectior est ex tribus. Secundo etiam quod legalia cessaverunt /530va/ propter tria. Sed quando cessaverunt, de hoc recitatur opinio Ieronimi et deseritur, postea Augustini acceptatur. In solutione primi argumenti declaratur quomodo intelligendum est quod dicitur circumcisio fore in fedus eternum. Quomodo Dominus impleverit legem et prophetias. 50 55

Questio prima. Consequenter quomodo non est ex mutabilitate Dei quod diversa diversis temporibus dat precepta, pro istis tamen temporibus ad comoda et plura alia.

Distinctio secunda. Utrum tantum septem sunt sacramenta nove legis a Christo Domino instituta. [Thomas×6; Scotus×6; doctores×1; Petrus Aureolus×1] Respondetur quod solum septem, et dantur diverse congruentie quare instituta sunt in numero septenario. Et declaratur quomodo decuit Christum suam legem sacramentis adornare. Consequenter quod omnia sacramenta nove legis sunt a Christo instituta, et allegantur Scripture ubi fuerunt instituta. Item quomodo omnia sacramenta in Christi passione apparuerunt. Item puchre determinatur quem Christus sua passione meruit efficaciam sacramentorum et culparum dimissionem. Item de comparatione eorum penes dignitatem. 60 65

Dubitatur circa textum. Dubitatur: dicit Magister quod aliqua sacramenta sunt instituta in remedium. Loquitur tamquam aliqua nove legis non sint in remedium. Quare sacramenta nove legis non sunt instituta a principio mundi. 70

Dubitatur circa textum. Circa secundam partem distinctio- nis secunde. Utrum baptismus Iohannis fuerit sacramentum nove legis conferens gratiam ratione operis operati. [Thomas×3; Scotus×1] Quo- modo Iohannes in multis fuerit precursor Christi. Quod baptismus Iohannis non fuit sacramentum nove legis, sed preparatorium ad nostrum baptismum. Et quod non conferebat gratiam ratione operibus operati. Tres sunt cause propter quas ille baptismus dicebatur baptismus Iohannis /530vb/ cum tamen nullus sit baptismus Petri vel Pauli. Item ponuntur plures cause quare Christus voluit illo baptismo baptisari. 75 80

Utrum baptisati baptismo Iohannis tenebantur etiam baptisari bap- tismo Christi. [Thomas×2; Scotus×1; doctores×1] Recitantur due opi- niones et concordant duo textus quorum unus ponitur Act. 29 et alter Act. 8vo, et dicuntur ibi in fine questionis pulchra de baptismo Marie et Apostolorum. 85

Distinctio tertia. Utrum diffinitio baptismi a Magistro in littera posita baptismi sit bene assignata. [Bonaventura×1] Ibi ponitur diffinitio baptismi et declaratur. Item licet baptismus magis proprie sit tinctio vel lotio potest tamen etiam dici aqua actualiter abluens. Ita accepit Hugo, cuius diffinitio etiam declaratur ibi. 90

Utrum integritas forme baptismi necessario consistat in hiis verbis: ‘Ego te baptiso in nomine Patris et Filii et Spiritus Sanctus’. [Scotus×11;

69 dimissionem] diffinitionem *ms.* 85 alter] aliter *ms.*

Thomas×5; Bonaventura×3; doctores×1; Thomas de Argentina×1; Petrus Auriolus×1; Alexander de Hales×1; Baconthorpe×1] Que verba requirantur ex parte ministri, ut vitet peccatum baptisando. Quare verba requirantur ex parte sacramenti ut illud vere conferatur. Greci vere baptisant, licet mutant formam nobis consuetam. Quatuor modis contingit mutare formam: primo secundum substantiam, secundo quo ad quantitatem, tertio quo ad qualitatem, quarto secundum ubi. Quare Greci mutabant formam baptismi. Causa propter quam Apostoli ad tempus baptisabant in nomine Christi. Qui nunc baptisarent graviter peccarent. An nunc baptisans in nomine Christi vere baptisaret. Nota formam condicionalem in dubiis servandam ad huiusmodi dubia deservientes. Nota tres maximas. An expressio vocalis verbi sit de quidditate et essentia baptismi. Dicitur quod sic. 95
100
105

Utrum aqua elementaris sola sit conveniens materia baptismi. [Thomas×3; Scotus×1; Jacobus de Eltville×1] /531ra/ Congruentie propter quas Dominus baptismum instituit in sola aqua elementari. De aqua mixta et quomodo duplex est mixtio. Aqua artificialis non est congrua materia baptismi. Aque elementares sunt diversificate et omnes possunt esse materia baptismi. De aliquibus est dubium. An in eis possit baptisari. Enumerantur plures humores in quibus non potest baptisari. Aqua non fluida aut alteri inbibito non est tunc apta ad baptismum. 110
115

Utrum ad veritatem baptismi requiratur trina immersio baptisandi. [Thomas×2; Bonaventura×2] An mersio non est de necessitate baptismi. Magis congrue sit trina immersio quam unica. Quid significat trina immersio. An sit semel immergendum vel ter.

Utrum baptismus fuerit ante Christi passionem institutus. [Scotus×11; Thomas×2] Christus per se instituit baptismum. Congruentie propter quas fuit rationale ut institueret tempore nove legis. De tempore institutionis sunt opiniones, una Magistri. Opino Scoti quod baptismus non fuit tunc institutus quando Christus baptisabatur quamvis tunc aqua fuit dedicata in materiam ydoneam baptismi. Nec fuit institutus cum Dominus Ioh. 3 in secretis dixit Nicodemo. 'Nisi quis renatus fuerit'. Institutio non fuit dilata usque ad diem Asensionis, cum discipulis dixit: 'Baptisantes eos', sed fuit institutus ante passionem, cum discipuli coram Domino baptisabant. Nota insynuationem, institutionem et confirmationem baptismi. Baptismus est primo insinuat per modum consilii, postea per modum precepti. Consilium Dei obligat ad non con- 120
125
130

tempnendum illud. Promulgatio precepti obligat ad non contempnendum et etiam ad ipsum /531rb/ observandum. Non autem sic est de quolibet consilio aut precepto hominis.

Distinctio quarta. Utrum parvuli sint baptisandi et suscipiant effectum baptismi. [Thomas×1] Parvulis in puericia et cito conferendus est baptismus. Cause propter quas pueri sunt cito baptisandi. Parvuli rite baptisati suscipiunt effectum baptismi. Nota diligenter ad verum parvulorum baptismum non requiritur fides eorum propria, nec principium, nec offerencium, sed sufficit fides ecclesie que nunquam deficit. Et nota verba Augustini ibi posita. 135 140

Utrum adultus carens usu rationis sit baptisandus. [Thomas×4] Vide distinctiones de utentibus et non utentibus ratione, et consencientibus et non consencientibus, et secundum illos est ad questionem respondendum.

Utrum adultus utens ratione, non tamen consenciens, recipiat baptismum et eius effectum. [Scotus×4; Bonaventura×1] Quid sit virtualiter consentire aut dissentire. Qui non consentit vel dissentit actualiter, dissentit tamen virtualiter non recipit vere baptismum nec consequitur eius effectum. Qui in baptismum ut est sacramentum consentit ex timore alicuius incomodi aut propter consecutionem alicuius comodi vere baptisatur. Utens ratione et actualiter dissenciens non baptisatur nec consequitur effectum baptismi. Non est quo ad Deum differentia inter ostendentem dissensum suum exteriori signo et inter non ostendentem. Sed quo ad iudicium ecclesie est differentia. 145 150

Utrum adultus fictus suscipiat baptismum et eius effectum. [Thomas×3; Scotus×3; doctores×2; Bonaventura×1; Durandus×1] Vide de duplici ficto quorum primus nec sacramentum suscipit nec eius effectum. Secundus sacramentum, sed non effectum. Quomodo secundo ficto adhuc patet via salutis per penitentiam de fictione. Quando tali ficto /531va/ incipiat baptismus valere? De hoc recitantur quatuor mody et quartus approbatur, scilicet cessante fictione. 155 160

Dubia circa textum. Primo que penitentia debeat precedere baptismum et que non. Secundo quomodo parvuli salvantur in fide aliena, scilicet ecclesie. Tertio quid sit Christum induere.

132 promulgatio] premulgatio *ms.* 154 iudicium] *acce add. et dell.*

Ulterius circa illam quartam distinctionem queritur. Utrum 165
 omnes baptisati non ficti recipiant equaliter effectum baptismi. [Scotus×3;
 Thomas×1; doctores×1; Durandus×1] Multiplex est effectus baptismi.
 Baptismus digne susceptus tollit omnem culpam et etiam omnem pe-
 nam pro actualibus debitam, sive quo ad Deum sive quo ad ecclesiam.
 Congruentie bone quare baptismus non tollit penas pro originali toti 170
 nature inflictas. Baptismus non tollit penas iuris quas quis incurrit non
 per peccata, sed per actum licitum.

Est dubium an tollantur per baptismum. Dimissio penarum per bap-
 tismum est ex merito passionis Christi, sua enim pena reputatur nobis
 in satisfactionem. Omnibus que digne suscipiunt baptismum confertur 175
 ratione operis operati equale beneficium gratie, quamvis ex speciali be-
 nivolentia possit Deus alicui facere privilegium speciale. Ex opere ope-
 rantis unus adultus altero maiorem suscipit gratiam in baptismo. Ex
 baptisantis merito aliquando uni baptisatorum confertur plus virtutis
 et gratie quam alteri secum equaliter disposito. Ex devotione parentium 180
 aliquando parvulo maiore datur gratia in baptismo, ut de sancto Nicolao
 ponitur. Et sic etiam devotio offerentium pueris vel aliorum assistencium
 potest eis mereri augmentum gratie.

Ignis sit baptismus. Baptismus fluminis sine baptismo fluminis suf-
 ficiat ad salutem. [Bonaventura×1] Enumerantur novem sacramenta ex 185
 Scriptura. Respondetur /531vb/ per tres conclusiones. In tertia vide
 quomodo Deus nullum obligat ad sibi impossibile.

Utrum baptismus sa<n>gwinis suppleat baptismum fluminis. [Tho-
 mas×6; Bonaventura×2] Quid baptismus sa<n>gwinis. Quare marti-
 rium dicitur baptismus sa<n>gwinis, cum sint multa alia genera mar- 190
 tiriorum. Quare Dominus sepe liberavit sanctos ab aliis penis et non a
 gladio. Baptismus sangwinis suplet vicem baptismi fluminis quo ad il-
 lud quod in baptismo est res tantum. Baptismus sangwinis efficaciam
 suam habet ex passione Christi, cui martir per martirium conforma-
 tur. Per confessionem religionis approbate consequitur homo plenariam 195
 remissionem peccatorum, saltem quo ad penam debitam pro peccatis
 dimissis.

Utrum baptismus sangwinis sit potior baptismo fluminis. [Thomas×2;
 Scotus×1; Bonventura×1] Respondetur quod sit quantum ad illud quod

171 non] etiam *ms.* penas] panas *ms.* 180 et] quare *add. et dell. ms.* 182
 ponitur] ponatur *ms.*

est res sacramenti. Et vide causas illius et verba Augustini de hoc lo- 200
quentis.

Utrum iustificati teneantur adhuc ad baptismi susceptionem. [Sco-
tus×5; Bonaventura×4; Thomas×1; doctores×1] Respondetur quod sic
quod probat Scotus tribus rationibus. Et sanctus Thomas dat illius tres 205
causas. Et nota ibi de tribus sanctificatis in utero. Et quare magis isti
quam alii sunt sanctificati. Et etiam gradus in istis sanctificationibus.

Circa textum dubitatur. Primo quomodo contritio supplet vicem
baptismi et quomodo non. Item de martirio latronis. Item de requisiti-
tis ad verum et completum martirium. Item de martirio innocentum, de 210
neophico qui moriebatur Ambrosio sine baptismo, de puero qui, cum
portatur ad baptismum, solum ne baptiseretur occiditur. Quomodo in-
telligitur quod dicit Augustinus parvulos non baptisatos eterno supplicio
dampnandos. Quare ecclesia orat proprius post baptismum mortuis, cum
non indigeant.

Distinctio quinta. Utrum mali possint conferre sacramentum 215
/532ra/ baptismi et rem sacramenti. [Scotus×7; Thomas×2; Bonaven-
tura×1] Quilibet ministrans baptismum, quantumcumque et qualiter-
cumque sit malus, vere baptisat, si observat ad hoc necessario requisita.
Et ab eo baptisatus consequitur effectum baptismi, si eius propria indi-
spositio non obstat. Baptismus quantum est ex opere operato non est 220
melior a meliori ministro quam a malo aut minus bono. Causa huius est
voluntas instituentis. Congruentie tres propter quas expediebat sic insti-
tuere. An prima ratione quomodo intelligitur illud Ambrosii: „Baptismus
perfidii non mundat, sed polluit”. De beato Cypriano martire qui recipit
baptismum hereticorum. Et que teneantur homines credere explicite et 225
que non.

Utrum malus minister peccet baptisando. [Scotus×11; Thomas×6;
Bonaventura×3] Et similiter qui ab eo scienter baptismum accipit. Sa-
cerdos in mortali existens et ex officio baptisans peccat mortaliter. Ex-
tra tali casum necessitatis recipiens scienter a preciso ab ecclesia pec- 230
caret graviter. Item in casu necessitatis non peccaret a tali recipiendo
dummodo alter minister melior haberi non posset.

Dubium an adultus in casu necessitatis teneatur a tali preciso reci-
pere baptismum pro se aut suo parvulo: vide responsionem Scoti. Alii

229 peccat] peccant *ms.* 234 pro] per *ms.*

aliter respondent, quos Scotus pulchre redarguit vel reprobatur, quia maius est peccatum Dei quam ecclesie. Consequenter vide de non preciso ab ecclesia, malo tamen quo ad mores. Ponuntur de hoc diverse distinctiones. In solutione tertii argumenti vide quomodo non peccat petens baptismum a suo ordinario sacerdote, etiam malo moraliter. In solutione quarti argumenti vide plura de symonia. 235 240

Utrum Christus secundum quod homo habuerit potestatem dimittendi peccata. [doctores×3; Thomas×2; Bonaventura×2] /532rb/ Triplex est potestas dimittendi peccata in baptismo. Prima est auctoritatis, que soli Deo convenit. Secunda est ministerii, que convenit ministris ecclesie. Tertia est excellentie, et ipsam Christus habuit secundum quod homo et solus, quia quamvis potuerit eam aliis dare, non tamen dedit, cuius assignantur cause. 245

Dubium. Utrum Christus potuerit ministris dare potestatem cooperandi in dimittendum peccata.

Distinctio sexta. Utrum soli sacerdotes possint baptisare. [Scotus×4] 250 Oportet quod baptisans utatur ratione propter intencionem habendam et sit potens abluere active et quod possit verba debite proferre. An angelus bonus possit vere baptisare. An angelus malus possit veraciter baptisare. Non soli presbiteri secundum et alii clerici, ymo et layci possunt vere baptisare. Extra casum necessitatis est solis presbiteris licitum baptisare. Sacerdos in necessitate potest, ymo debet, baptisare alienum parrochia<nu>m. 255

Utrum puer possit in utero matris baptisari. [Scotus×6; doctores×3; Thomas×2] Quamdiu totus est in utero et secundum omnes partes suas tunc non potest baptisari. Si secundum partem principaliorem, ut secundum caput, esset extra uterum et timeretur de pueri morte, esset baptisandus in illa parte secundum modum impositum, et est simpliciter baptisatus, nec est rebaptisandus si vivus totaliter nasceretur. Quomodo puer in tali casu debet nominari, si extra uterum egressa esset pars minus principalis, ut manus aut pes, et timeretur de morte ante plenam nativitatem, esset illa pars baptisanda; si tamen postea puer vivus totaliter nasceretur, esset non absolute, sed sub condicione rebaptisandus, sicut de ista forma condicionali prius dictum fuit. 260 265

240 vide] quomodo non peccat *add. et dell. ms.* 263 vivus] vivuus *ms.*

Dubitatur. Utrum quis debeat ministrare baptismum quando presumitur ipsum vergere in periculum vite corporalis ipsius baptisandi. Respondetur sub distinctione. /532va/ Et vide ibi de perplexitate propter conscientiam erroneam et aliqua de irregularitate. 270

Dubium de puero submerso per funem in cribro ad puteum. Quid sit faciendum de puero exposito.

Utrum ad unitatem baptismi requiratur unitas ministri. [Scotus×10; Bonaventura×2] Questio solvitur per quatuor dubia que moventur et solvuntur. 275

Primum dubium: posito quod duo baptisarent unum sic quod unus immergat et alter proferat verba, an sit baptisatus.

Secundum baptisarent duo unum sic quod uterque immergat et proferat verba et facient simul uno tempore, an sit baptisatus. 280

Tertium: posito quod unus plures simul immergat et simul proferat formam in pluri dicendo: 'Ego vos baptiso' etc., an sint baptisati.

Quartum: quomodo debeat baptisari monstrum quod apparet esse duo homines. 285

Utrum inter baptisantem et baptisatum oporteat esse distinctionem personalem. [Scotus×4] Dicitur quod sic, et illius datur figura, auctoritas et ratio.

Utrum ad veritatem baptismi requiratur quod simul fiant ablucio et verborum prolatio. [Scotus×4] Dicitur quod sic, quia dicit Augustinus: 'Accedit verbum ad elementum'. Dubium: que simultas requiratur. De hoc reprobatur una opinio. Post hoc vera ponitur responsio. 290

Utrum in baptisante requiratur intentio. [Scotus×9; Thomas×6; Bonaventura×5] In baptisante necessario requiritur intentio actus quem exercet. Non requiritur de necessitate ut baptisandum intendat per baptismum ordinare ad vitam eternam. Requiritur quod per baptismum intendat eum ascribere secte christianorum aut intendat circa eum facere quod ecclesia facit circa suos. In solutionibus rationum vide quomodo infidelis potest habere hanc intentionem ad baptismum sufficientem. Item quomodo ebriosus potest baptisare. Triplex distinguitur intentio, scilicet actualis, habitualis, virtualis. Item declaratur que illarum sufficit ad baptismum et que non. 300

290 prolatio] probatio *ms.*

Dubium sequitur. Dubium que /532vb/ intentio requiratur in eo que baptisatur adultus. Item quomodo requiratur fides et an requiratur in baptisante aut in baptisato. 305

Utrum baptismus possit iterari. [Scotus×7; Thomas×1; doctores×1] Respondetur quod nullo modo: si iteratur nullam habet efficaciam. Ponuntur quatuor cause propter quas Dominus instituit ut non iteretur.

Dubium que sint pene iterantium. Ibi vide etiam quomodo ignorantia iuris non excusat ab irregularitate. Intendat quid baptisare masculum et puer sibi oblatus sit femella: an sit baptisatus? Alius casus additur de sacerdote ceco qui errat in persona baptisanda. Sit sacerdos cecus qui intendat baptisare unum puerum in generali et offerantur sibi duo. Credat totum tantum unum esse et fundat super utrumque dicens: 'Ego te baptiso'. Queritur utrum uterque sit baptisatus aut neuter. 315

Utrum in baptismo imprimatur character. [Scotus×6; doctores×3; Bonaventura×2] Ponuntur proprietates characteris. Ponuntur congruentie propter quas imprimatur character in aliquibus sacramentis. Quilibet character sacramentalis est indelibilis. Sola sacramenta irreiterabilia, ut baptismus, confirmatio et ordo, imprimunt characterem. Ponuntur de hoc duo exempla de quidditate characteris et de qua sit specie qualitatis. 320

Utrum debeant esse solum duo tempora ad baptismum determinata. [Thomas×2]

Utrum cathecismus debeat precedere baptismum. [Bonaventura×4; Thomas×2] Vide quid cathecismus et quid significet. Responsio: paternicum loco pueri dicit credo. Et quomodo responsio sit vera. Et an paternus ex hoc ad aliquid obligetur et an talis promissio sit votum. 325

Utrum exorcismus debeat fieri ante baptismum. [Thomas×6; Bonaventura×4] Quare fit exorcismus. Quid significat ea que fiunt in exorcismo, de argumentis et verbis. Primo de argumentis et verbis beati Cipriani. Secundo utrum Iohannes baptista habu<er>it in utero matris /533ra/ resurrectionis. Tertio de hoc quod mutans formam et per hoc intendens errorem inducere non baptisat. Quarto de eo qui baptisatur. 330

311 casus] causus *ms.* 319 sola] sosa *ms.* 321 quidditate] quititate *ms.* 330 verbis] beati Cipriani *add. et dell. ms.*

Distinctio septima. Utrum confirmatio sit sacramentum necessitatis nobilius baptismo. [Scotus×3; Thomas×2; doctores×1] Ponitur definitio confirmationis et respondetur quod confirmatio est sacramentum nove legis. Item non est absolute necessarium ad salutem, est tamen certo modo necessarium adulto. Et baptismus est simpliciter nobilior eo. In solutione primi argumenti ponuntur diverse opiniones de eius institutione. 335 340

Utrum crisma sanctificatum sit congrua illius sacramenti materia. [Thomas×2; Scotus×1] Respondetur quod sic et assignatur causa. In solutione prime et quarte rationum vide diversos modos dicendi de dispensatione huius sacramenti per Christum et Apostolos, quomodo Christus et Apostoli confirmabant. 345

Utrum habeat propriam formam sibi convenientem. [Thomas×3; Bonaventura×1; Scotus×1] Dicitur quod sic et ponitur ibi forma. Et cause quare illa sit conveniens huius sacramenti forma. In solutione rationum vide diversos modos dicendi de dispensatione huius sacramenti per Christum et Apostolos. 350

Utrum character, qui per hoc sacramentum imprimitur, presupponat karakterem baptismalem. [Thomas×4] Vide pulchras causas quare confirmatio imprimit karakterem, et quod ille est alius a caractere baptismali et presupponit eum sicut et baptismum.

Utrum in susceptione confirmationis conferatur gratia. [Thomas×1] Dicitur quod sic: et ex illa et gratia baptismali fit una totalis perfectior gratia, propter quam dicitur quod hoc sacramentum confert plenitudinem gratie. 355

Utrum soli episcopi sint huius sacramenti congrui ministri. [Scotus×2] Soli episcopi regulariter et secundum ritum ecclesie sunt confirmationis ydonei ministri propter commissionem factam a Gregorio papa. 360

Et dubium utrum simplex sacerdos possit ex commissione confirmare. /533rb/ De hoc ponuntur diverse responsiones.

Utrum confirmatio possit iterari. [Scotus×2; Thomas×1] Dicitur quod non, et qui facit peccat, nec aliquem fructum affert secunda confirmatio. 365

351 sacramentum] in *add. ms.* 357 gratia] baptismali *add. et dell. ms.*

Dubium: que sit pena iterancium. Quibus confirmatio est conferenda. Dicitur quod pueris, mulieribus, mutis, morituris.

Utrum debeat in confirmatione fieri unctio tantummodo in fronte. [Thomas×2; Bonaventura×2] Dicitur quod sic, et ponuntur cause. Unctio cum crismate fit in tribus sacramentis. Debet de congruo celebrari ieiuno stomacho. Confirmandus porterur aut teneatur ab alio. 370

Distinctio octava. Utrum ewkaristia sit sacramentum nove legis et sit unum sacramentum. [Scotus×5] Que res sit ewkaristia. Et diffinitiones ewkaristie due. Quod ewkaristia est sacramentum nove legis quod est in ecclesia militante duraturum in ea usque in finem. Cause propter quas congruum fuit Christum sic manere nobis cum sub sacramento visibili et permanenti. Duplex acceptio huius nominis ‘corpus’. Modi quibus hoc sacramentum est unum quamvis in eo sunt distincte species. Quatuor excellentie et prerogative huius sacramenti super alia. Differentia inter hoc sacramentum et eius consecrationem et sumptionem. Quomodo hoc sacramentum efficit quod figurat. Quare illud sacramentum dicitur ewkaristia. Ibi vide de quatuor nominibus huius sacramenti. 375 380

Utrum fuerit congrue a Christo ante suam passionem immediate institutum. [Thomas×2; doctores×1] Et fuit nobis necessarium et valde conveniens ut Christus institueret illud sacramentum. Nota: non debuit institui ante tempus legis gratie. Dominus instituit congrue mox ante passionem suam, et eius quatuor cause assignantur. 385

Utrum possit licite a non ieiuniis sumi. Dominus hoc sacramentum post cenam instituit et discipulis sumendum dedit. [Thomas×12; Scotus×4; Petrus de Palude×2; Petrus de Tarantasiac2 doctores×1] Et hoc fuit congruum, ut ibi tangitur. /533va/ Hoc sacramentum est regulariter a ieiuniis sumendum: ita instituit Dominus, cuius assignantur tres cause. Excipiuntur tres casus. Primus de infirmis ad mortem. Secundus, si sacerdos post sumptum corpus Domini in calice inveniret solam aquam qua recepta tenetur ad<h>uc consecrare calicem et sumere, licet non sit ieiunus. Tertius, in die parasceves sacerdos officians inmittendo particulam hostie non dicit ‘fiat hec sacra sanca mixtio’ etc. Non oportet nec licet nunc sumere post cibum, sicut in prima institutione fiebat. Quomodo intelligitur illud Apostoli. Dum convenitis ad manducandum, 390 395

369 cause] esse *ms.* 375 duraturum] duratantum *ms.* 388 possit] ponit *ms.*
394 sumptum] sumptus *ms.* 396 sacerdos] in *add. ms.*

invicem exspectate. Si quis autem esuerit domi manducet. Duplex ieiunium, scilicet ecclesie et nature; et plura circa hoc. Quando incipiat ieiunium nature. An statim post sacramenti susceptionem sit licitum comedere. 400

Utrum Christus instituendo sacramentum hoc prius conferat quam verbum protulerit. [Thomas×1; Bonaventura×1] Recitantur quatuor modi dicendi ad questionem. 405

Utrum hec verba: *Hoc est corpus meum*, sint precise forma consecrationis panis. [Thomas×5; Scotus×5; doctores×2; Petrus de Tarrantasia×1; Thomas de Argentina×1] Si pretermisiss omnibus aliis verbis canonis sacerdos diceret solum illa, ‘Hoc est corpus meum’, vere consecraret. Recitantur de hoc due opiniones: una quod sic, alia quod non, nisi inciperet ab illo loco in quo fit mencio de Christo. Sacerdos debet se caute habere in canone et integre ac distincte omnia verba legere, quia quasi totus est connexus per coniunctiones copulativas et per relativa. Quid per *ly*, ‘hoc’ demonstratur. Ponuntur diverse opiniones. Non oportet ministrum multum disputare de significatione huius forme, saltem ad hoc quod conficiat, sed /533vb/ sufficit quod intendat eam proferre eo modo quod Christus instituit eam proferendam. *Ly* ‘enim’ non est de essentia forem. Celebrans tamen tenetur addere sub pena magni peccati. ‘Accipite et comedite’ etc. non sunt de essentia forme. 410 415 420

Utrum cetera verba in canone circa formam positam convenienter ponantur. [Scotus×8; Thomas×3; Bonaventura×1] Respondetur quod sic. Quomodo Dominus volens celebrare levavit oculos in celum et quare.

Utrum forma consecrationis calicis consistat precise in hiis verbis: *Hic est calix sanguinis mei*, etc. Forma ut in canone ponitur tota est forma in consecratione calicis observanda a ministro subiecto ecclesie Romane. Ipsa vero est ad consecrandum necessaria absolute. Quidam dicunt quod solum illa verba: *hic est calix sanguinis mei*, sint de essentia forme consecrationis calicis. Alii dicunt quod illa cum sequentibus usque ibi exclusive: ‘hec quocienscumque’ etc. Scotus dicit quod neutrum illorum est certum, et ideo est periculosum alterum eorum asserere. Consilium, ut sacerdos legat integra verba canonis et intendat in generali verba proferre secundum institutionem Christi. Si sacerdos diceret postquam illa verba protulit, *hic calix sanguinis mei* ante prolationem sequentium 425 430

400 invicem] idem *ms.* 425 etc.] et *ms.*

usque ibi exclusive: ‘hec quocienscumque’, an calix habendus esset pro consecrato. Vide ibi multa bona. 435

Aliud dubium sit quod presbiter deficiat ante completam consecrationem aut sacramenti susceptionem. An tunc alius presbiter debeat perficere quod ille prius inchoavit. Ista verba novi testamenti et etc. non ponuntur simul in verbo Ewangelico. Possunt tamen pro magna parte colligi ex Sacra Scriptura. 440

Utrum verba omnia in forma calicis sint convenienter posita. [Thomas×5; Bonaventura×2; doctores×4; Nicholas de Lyra×2] Respondetur quod sic, /534ra/ sed ly ‘enim’ non est de essentia forme. Ly ‘calix’ tripliciter potest accipi, et secundum hoc verba faciunt diversum sensum, scilicet illa, *hic est calix sanguinis mei*, exponunt sequentia verba, scilicet ‘novi et eterni’. Quid sit proprie testamentum. Quare dicitur ‘qui pro nobis et pro multis effundetur’, cum tamen sanguis Christi sit pro omnibus effusus. Ista verba, ‘hec quocienscumque feceritis in mei memoriam facietis’, non sunt forma consecrationis nec ad aliqua earum pertinentia. Qui istis uteretur ut precisa forma consecrationis calicis peccaret et multipliciter erraret. 450

Dubium. Utrum forme consecrationis panis et calicis mutuo se expectent.

Circa textum. Utrum hoc sacramentum fuerit prefiguratum. Baptismus et ewkaristia prefigurata sunt principaliter et assignantur cause quare illa magis prefigurari debuerint. Declaratur quod in Psalmo 71 fuit prophetatum de hoc sacramento, et quod idem ex vicio scriptoris habetur ‘firmamentum’ quod debet dici ‘sacramentum’. 455

Secundum dubium. Utrum figure per Magistrum in littera posite sint sufficienter assignate. Declarantur quatuor figure sacramenti. 460

Tertium dubium circa hoc dicit Ambrosius: ‘Antiquiora sunt nostra’.

Distinctio nona. Utrum sint bene duo modi hoc sacramentum manducandi. Declarantur quatuor modi manducandi hoc sacramentum. Quid est crede et manducasti. Qui bene dispositus accedit et sic manducat sacramentaliter et spiritualiter, ille duplicem gradum consequitur gratie. 465

440 Ewangelico] ewangelicam *ms.* 441 Sacra] sacramenta *ms.* 444 de] necessitate *add. et dell. ms.*

Utrum peccator veraciter sumat corpus Christi sub hoc sacramento. [Thomas×8; Bonaventura×1; doctores×1] Recitat errorem et eum reprobatur. Sicut Christus pro nobis permisit corpus suum a peccatoribus per/534rb/cuti et wulnerati etc., sic permittit illud a peccatoribus sumi. 470
Quid est dicere: corpus Christi non est cibus ventris, sed mentis.

Dubium an pruta sumat corpus Christi. Dicitur quod sic: vide ibi.

Utrum sit de lege ewangelica et de necessitate salutis hoc sacramentum sumere sub utraque specie. [doctores×9; Thomas×4; Bonaventura×4; Albertus×2; Nicholaus de Lyra×1] Respondetur quod non, ymo 475
nunc non est licitum propter contrariam consuetudinem ecclesie. Recitantur due conclusiones Hussitarum et reprobantur multis argumentis. In solutione prime eorum declaratur quomodo tria sunt in hoc sacramento, scilicet species visibiles caro Christi vera, et corpus eum misticum. Item distingwitur duplex manducatio, scilicet sacramentalis et 480
spiritualis. Item spiritualis est duplex, secundum duplicem rem huius sacramenti. Item probatur multipliciter quod illud verbum Domini. ‘Nisi manducaveritis carnem Filii hominis’ etc. est intelligendum de spirituali manducatione et bibitione mistici corporis et sangwinis Christi. Quare incorporatio membris ecclesie dicatur manducatio aut bibitio declaratur 485
ex simili causa ex scriptura. Quidest Christus mysticus et quid corpus eius mysticum et quomodo manemus in Christo et incorporamur sibi etc. In solutione secunde rationis dicitur quod illud est sacramentum, aliud consecratio eius. Item quedam substantialia consecrationi sacramenti huius, quedam accidentia, et enumerantur aliqua. In solutione 490
tertie rationis conceditur quod ecclesia primitiva modum ministrandi sub utraque specie ad tempus observavit. Conceditur quod mors Domini expressius significantiam sub utraque specie quam sub una. Aliqua requiruntur ad efficaciam totalem huius sacramenti, aliqua ad significantiam totalem. Declaratur utrumque /534va/ et quod idem per omnia 495
sumitur sub specie panis quis sub specie vini. Inferuntur correlaria. Et declaratur quomodo ecclesia rationabiliter induxit modum manducandi sub una tantum specie. Redduntur istis plures cause. Item adduntur ad idem probationes due in solutione quarti argumenti. Dantur instancie, scilicet quod non oporteat nos in omnibus sequi ritus primitive ecclesie. Pro solutionibus omnium aliarum rationum, dantur quinque solutiones generales et ponuntur plura dicta sequencia argumenta. In fine 500

474 sumere] summere *ms.* 489 quedam] quidam *ms.* 498 istis] istius *ms.*

inferuntur aliqua inconvenientia que secuntur ex adversariorum factis et dictis.

Utrum existens in peccato mortali et sumens hoc sacramentum peccet mortaliter. [Scotus×12; Thomas×8; Bonaventura×1] Tribus modus contingit quem esse in peccato mortali. Secundum aliquem mortaliter peccat, secundum aliquem non. Vide ibi multa. Quod quis sit immunis de peccato mortali potest coniecturari per quatuor signa, secundum Bernardum. In solutione prime rationis vide casus in quibus homo tenetur confiteri. Item de ignorantia que excusat, que non. 505

Utrum peccator peccet videndo corpus Christi. [Thomas×4; Bonaventura×1] Aliqui possunt videre aliqui sumere, aliqui ab utroque sunt prohibendi. In aliquo casu potest peccator tangere, in aliquo peccat tangendo. 515

Utrum nocturna pollutio impediatur assumptionem huius sacramenti. [Thomas×12] Recitantur multa de pollutionibus et causis earum, et quando separat de necessitate a communione et quando solum de congruo. Et premissis quatuor notabilibus declaratur clarius. Quare pollutio plus separat quam alia peccata, quando pollutio separat de necessitate a communione et quin solum de congruo. Quando actus matrimonialis seperet a communione. An immundicia pure corporalis impediatur. In solutione prime rationis quod pollutio non est peccatum /534vb/ propter ligamen rationis, sed potest esse effectus peccati mortalis aut venialis. Quod consensus in turpitudinem in sompno non est mortalis. Distinguitur de complacentia que post evigilationem habetur in pollutione. 520

Utrum sacerdos debet dare ewkaristiam illi quem scit peccatorem. [Thomas×11; doctores×3; Bonaventura×2; Petrus de Tarantasia×2; Petrus de Palude×1; Petrus Auriolus×1; Durandus×1] Ponit multas condiciones quas debet in se habere qui sumit hoc sacramentum, scilicet quod sit homo, quod sit viator, sit fidelis, sit adultus, sit ieunus, sit devotus, sit sine conscientia peccati mortalis. Ibi vide de expositione duarum glosarum. Sit mente peditus. Ibi vide de amentibus et de furiosis. Non sit infamis et notorius in crimine. Ibi vide de hystertione, de publice communibus mulieribus, de publico usurario. Quid de iudicatis ad mortem. Quid de agentibus publicam penitentiam. Quid de euntibus 530

505 peccato] peccator *ms.* 531 sumit] sunt *ms.* 532 fidelis] videlis *ms.*

ad duellum aut ad torneamenta. An extraneo cuius conscientia ignoratur. An ewkaristia sit danda pro purgatione furti. An sit danda excommunicata. An curatus debeat subdito suo dicenti se alteri confessum credere et sic illi dare sacramentum. An in aliquo casu sacerdos possit licite dare alicui hostiam non consecratam loco consecrate. Respondendo ad principalem questionem, dicitur multipliciter videri an suspectis de crimine debeat dari. In solutione prime rationis vide instantiam de furioso et eius solutionem. De illo verbo Christi: ‘Nolite sanctum dare canibus’“, Mt. 7. 540 545

Distinctio decima. Utrum corpus Christi et eius sangwis vere et realiter post consecrationem sub speciebus panis et vini contineantur. [Thomas×4; Bonaventura×3] In primo articulo recitatur heresis quedam et reprobatur. Ostenditur quod Dominus loquebatur figurative cum instituendo sacramentum dixit *hoc est corpus meum* /535ra/ *hic est sangwis meus*. Exponuntur illa verba Domini: Spiritus e<s>t qui vivificat, caro non prodest quidquam. Enumerantur decem magne virtutes quas consequenter fideles ex hoc quod Christus est vere nobiscum sub sacramento, quas vide. In secundo articulo enumerantur aliqua difficilia in hoc sacramento et per similia in dictis philosophorum et in vetere testamento reperta. Declaratur quod sunt credibilia merito gentibus et Iudeis et a fortiori cuilibet Christiano faciliter credibilia. Enumerantur alique esse propter quas illa Debemus fideliter credere, quamvis non possimus ad plenum intelligere ea. Exponitur illud Magistri: Misterium fidei credere salubriter potest, investigari salubriter non potest. 550 555 560

Utrum corpus Christi sit in altari secundum suam propriam et essentialem quantitatem. [Scotus×4; Thomas×1] Una opinio quod corpus Christi sit solum secundum substantiam suam et non secundum quantitatem nec secundum alia accidentia; et reprobatur. Secunda quod habet ibi quantitatem, sed illa non est ibi modo quantitativo, sed per modum substantie solum; reprobatur. Tertia quod partes Christi non sunt extra invicem sub hostia, sed una subintret aliam; reprobatur. Quarta posito tenetur, scilicet quod corpus Christi est ibi quantum, et illa quantitas habet se modo quantitativo quantum ad intrinsecum ordinem partium suarum, sed non habet se modo quantitativo quo ad extrinsecum locum ocupando illum. Sequitur ex dictis quod partes corporis Christi habent in sacramento ordinem ad invicem superioritatis et inferioritatis. Nullus 565 570

547 sangwis] sangwinis *ms.* 549 in] principio *add. ms.* quedam] quodam *ms.*
554 consequenter] consequentia *ms.* 559 possimus] possumus *ms.* 568 positio] positio *ms.*

tamen est eorum ordo talis in ordine ad quemcumque extrinsecum situm
et plura alia secuntur ex dictis. 575

Utrum corpori Christi naturaliter existenti et eidem sacramentaliter existenti insint eedem partes et proprietates. [Scotus×2; Thomas×1] Christus est in celo naturaliter et in hostia sacramentaliter.

Dubium de corpore /535rb/ Christi ut est sub sacramento: que sint illa que continet ut partes eius? Responsio est pars affirmativa questionis. 580 Declaratur quomodo aliqua sunt sub speciebus panis ex vi sacrament et aliqua concomittanter, et quid sit utrumque. Suo modo quomodo sunt aliqua sub speciebus vini ex <vi> sacramenti et aliqua concomittanter, et quid sit utrumque. Suo modo quomodo sunt aliqua sub speciebus vini ex <vi> sacramenti, et aliqua concomittanter. 585

Utrum actio immanens, que inest Christo existenti naturaliter, insit sibi in sacramento ibi vide notabile Scoti. [Scotus×8] Conclusio: omnis operatio inexistentis Christo in celo primo modo inest concomittanter ut est sub sacramento. Secunda: nulla sensatio ab extrinseco potest sibi inesse primo modo, ut est sub sacramento. Tertia: intellectio aut volitio 590 potest sibi Christo inesse ut est corporalis. Quid sub sacramento.

Utrum corpori Christi, ut est sub sacramento, possit inesse motus corporalis. [Scotus×5] Quid sit motus proprie dictus: vide plures conclusiones. Et inter ceteras conceditur quod ad motum hostie movetur etiam corpus Christi, non tamen a sacerdote movente hostiam, sed a 595 Deo immediate.

Utrum corpus Christi sit sub qualibet parte specierum. [Thomas×1] Opinio dicit quod sit totum in toto et in nulla parte ante divisionem, sed post divisionem est sub qualibet parte ab aliis divisa; et dat modum. Reprobatur predicta opinio et respondetur ad questionem affirmative. 600

Utrum corpus Christi, cum videtur in specie carnis vel pueri, videatur tunc in propria sua specie et forma. [Thomas×8; Petrus de Tarantasia×2] Dicit S. Thomas quod quando post consecrationem sic apparet, tunc ibi indubitant<e>r est corpus Christi sicut prius fuit. Sed an ille species que apparent sint vere <et> species accidentia corporis Christi, 605 est difficile determinare. Unus modus quod illa apparitio non est in

576 corpori] corpus *ms.* 584 et] utrum add. *ms.* 594 motum] modum *ms.* 599 post] potest *ms.*

hostia vere, /535va/ sed est tantum in oculo videntis, et sic etiam fit aliquando. Aliquando species que apparet est vere et realiter circa hostiam. Et dicunt quidam quod illa species que apparet sit vera species corporis Christi et videantur accidentia et que sunt realiter in Christo in celo. Reprobatur. S. Thomas dicit quod in tali desinunt esse species sacramentales alie et manent sole dimensiones priores et illis superducuntur miraculose que precedunt speciem carnis, et sic non videntur propria accidentia Christi, sed quedam miraculosa. Alii videntur dicere quod species sacramentales non cessent esse, sed maneant et eisdem circumfunduntur miraculose accidentia carnis vel pueri etc.

Dubium an in casu talis apparitionis illud debeat sumi.

Distinctio undecima. Utrum in consecratione ewkaristie panis in corpus Christi et vinum in eius sangwinem convertantur. [Scotus×9; Bonaventura×1; Thomas×1] In primo articulo, quid sit transsubstantiatio. Quomodo differt ab aliis mutationibus. Terminus ipsius ad quem est substantiale ‘esse corpus Christi’. Omnis creata essentia potest in quamlibet aliam converti. In secundo articulo recitantur tres vie de transsubstantiatio<ne> et ponuntur argumenta fortia pro prima et pro secunda. Recitantur argumenta contra primas duas et solvuntur, licet non teneantur. In conclusione responsali approbatur tertia via que est pars affirmativa questionis. Transsubstantiatio non est annihilatio, nec est due mutationes. Solvuntur argumenta pro primis duabus viis adducta. Quare ecclesia elegit illum intellectum difficilem illius articuli.

Utrum panis transsubstantietur in totum Christum. [Scotus×2; Bonaventura×1; Thomas×1; doctores×1] Recitatur una opinio et reprobatur que posuit panem transsubstantiari in compositum ex materia et anima intellectiva. Alia opinio quod in compositum ex materia et forma corporeytatis reprobatur. Tertia approbatur, /535vb/ scilicet quod panis transsubstantiatur solum in materiam primam; scilicet vinum in totum sangwinem compositum ex materia et forma. Declaratur quomodo alia sunt ibi concomitanter, scilicet anima, accidentia Christi, et divinitas unita humanitati etc. Item qua mutatione veniat ibi ex quo non per conversionem.

Utrum sint danda aliqua verba quibus hec transsubstantiatio possit exprimi. [Thomas×3; Scotus×2;indexoldJohannes Duns Scotus] Exponuntur multe propositiones a sanctis posite. In fine datur una regula

623 quamlibet] quidlibet *ms.*

exprimendi et magis propria.

Utrum virtus transsubstantiandi sit data verbo prolato. [Scotus×2; Bonaventura×1] Deus convertit panem et vinum in corpus et sanguinem immediate per se. Nulla creatura potest in illam transsubstantiationem tanquam agens principale. Sacerdos autem eius forma verborum potest dici agens instrumentale vel ministeriale respectu illius mutationis. Quomodo intelligitur quod verbo prolato sit data virtus transsubstantiandi. 645 650

Utrum sacerdos possit conficere quamcumque materiam. [Bonaventura×4; Thomas×1; Petrus de Tarantasia×1] Recitatur opinio Bonaventurae, Petri de Tarentasio. Recitatur etiam opinio Sancti Thome contraria priori. Primo de hoc: ‘mysterium fidei salubriter investigari non potest’. Secundo circa illud Gregorii: ‘In ipsa hora ymolationis celum aperi yma summis sociari’, quomodo intelligatur. Tertio quomodo intelligatur quod dicit corpus Christi misterio angelorum in celo recipi et in corpori Christi sociari. Quarto quomodo intelligitur hoc in canone: *iube hec proferri per manus sancti angeli tui*. 655

Utrum duplex sit materia huius sacramenti, scilicet panis et vini. [Thomas×3; Bonaventura×1] Recitantur errores circa materiam sacramenti. Ponuntur quinque cause propter quas panis et vinum sunt apte materie huius sacramenti. Idem declarat Bonaventura. 660

Utrum solus panis triticeus cum aqua elementari coagulatus sit conveniens materia conversionis in corpus Christi. [Scotus×5; Thomas×3; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur quod sic secundum multos /536ra/ doctores et potenciores et illius assignantur cause. Recitatur opinio aliorum qui per ‘frumentum’ intelligunt non solum triticum, sed omne quod crescit in aristis, et respondent ad argumenta aliorum. Datur consilium quomodo sacerdos in hoc dubio debet se habere. 665 670

Dubium de granis commixtis tritico, raro enim invenitur triticum tam purum quod non sit ei admixtum aliud aliquid.

Dubium de armido utrum in pane ex eo confecto possit confici. Recitantur due vie et datur consilium quid sit ibi faciendum. An de pasta nondum pisca aut cocta ab igne possit confici corpus Christi. Quid de pasta facta de pane. 675

651 quamcumque] quantumcumque *ms.*

Utrum panis consecrabilis debeat esse azimus vel fermentatus. [Thomas×2; Bonaventura×1; doctores×1] Recitatur ergo error Grecorum et quod aliqui eorum dicunt ewangelistas falsum scripsisse et a Iohanne correctos reprobatur. Respondendo dicitur primo quod neutrum illorum est de necessitate ministri conficere in azimo. Peccareret enim secus faci-
680
endo. In solutionibus vide concordantias aliquarum scripturarum et quomodo quinque modis accipitur pasta etc.

Utrum solum vinum vitis congrua sit materia consecrationis sangwi-
nis. [Thomas×3; Scotus×1; Bonaventura×1; doctores×1] Respondetur 685
quod sic, et alia vina artificialia, ut expressa de piris et pomis etc., non sunt vina vere, ideo non transsubstantialia. Tale vinum vitis oportet esse expressum de uva, quia in uva non potest consecrari. In vino corrupto ut pendulo aut quod arestit potest consecrari, sed propter reverentia<m> sacramenti non debet fieri sine necessitate. Vinum perfecte in acetum 690
conversum non potest consecrari, nec potest ex eo sangwis Christi confici. De agrista non potest confici sangwis Christi, quia non est /536rb/ vinum. De musto potest, quia est vinum, licet non defecatum, sed non debet propter turpitudinem nisi necessitas emergat.

Utrum consecrando vino sit apponenda aqua, et solum elementaris et 695
modica. [Thomas×4; Bonaventura×2; Alexander de Hales×2; Scotus×1; doctores×1] Respondetur quod sic, et assignantur plures cause. Non est de necessitate sacramenti apponere aquam, sed est de necessitate ministri. Aqua vino in calice apponenda debet esse elementaris aqua et non artificialis, verum si alia apponeretur, adhuc consecraretur quidquid ibi 700
vini maneret. Congruum est ut aqua apponenda sit modica. De hoc vide plura que ibi dicuntur, et vide consilia doctorum.

Utrum Christus in cena sumeserit corpus suum et sangwinem. [Tho-
mas×2; doctores×1] Una opinio dicit quod non, et illa approbatur et reprobatur. Alia dicit quod sic o et illa approbatur. Quod Christus in 705
nova sacramenti institutione habuit quamdam specialem dulcedinem. An cena dicit corpus suum passibile, quia tale fuit in naturali existentia. Nunc dat sub sacramento corpus suum impassibile. Quod corpus Christi tale est sub sacramento quale est in se ipso absolute in sua propria existentia. 710

688 uva] una *ms.* uva] una *ms.*

Utrum etiam Iude corpus suum dedit. [Thomas×3] Sanctus Hylarius dixit quod non. Augustinus dicit quod sic, et hoc communiter tenetur, et assignantur septem cause. Vide plura de hoc in solutione rationum.

Dubia textualia.

Distinctio 12ma: Utrum in hoc sacramento stet accidens sine subiecto. [Thomas×4; Scotus×4; Bonaventura×2] Recitantur diverse opiniones et reprobantur. Conclusio responsalis quod omnia accidentia in hoc sacramento stant sine substantiali subiecto. Huius ponuntur plures congruentie. 715

Dubium an omnia stent similiter sine subiecto. Una opinio dicit quod omnia similiter stant sine subiecto. Alia quod sola extensio /536va/ et quod alia innituntur extensioni. Ad illud dubium, quando de communi lege corpus Christi desinat esse subistis speciebus, de illo dantur regule, et plura circa hoc dicuntur. In tertia regula dicitur de resumptione vel creatione materie. Quomodo fit ibi generatio aliquarum et quomodo nutritio. 720 725

Tertium dubium an accidentia habeant potentiam convertendi alia in sacramentum, ut si vino consecrato in calice superinfundatur aliud vinum vel aqua, vel quando particula panis consecrata immittitur vino non consecrato, an convertat vinum in sangwinem. 730

Utrum in fractione hostie frangitur corpus Christi. [Thomas×2; doctores×2; Bonaventura×1] Respondetur quod non, cuius assignantur cause et exempla. In solutione primi argumenti notantur que requiruntur ad manducationem et que illarum conveniunt corpori Christi et que speciebus. In solutione tertii de confessione Berengarii. 735

Utrum significatio partium fractionis bene assignetur in littera. [Thomas×4] Respondetur quod sic. Vide declarationem et duo versus. Quomodo intelligitur quod Dominus ostendit se duabus discipulis in specie peregrini. De confessione Berengarii. Quomodo Christus manet integriter in cordie manducantis. Quomodo indignus est qui celebrat aliter quam Christus tradidit. 740

Utrum effectus huius sacramenti quo ad promotionem hominis in bono sit collatio gratie et adeptio glorie. [Thomas×2] Respondetur quod sic. Ad utrumque allegantur Scripture et utriusque assignantur cau-

se. In solutionibus rationum exponitur quomodo per sacramentum quis adipiscatur gloriam. 745

Utrum effectus huius sacramenti quo ad mali remotionem sit remissio peccatorum. [Thomas×4] In solutione secunde rationis primi articuli dicitur quod gratie opponunt peccata venialia. Digne sumenti delet venialia peccata. Illius redditur causa. Quo ad mortalia /536vb/ ponitur distinctio quadrimembris de existente in mortali, et secundum hoc respondetur et est bene notandum. 750

Utrum venialia peccata impediunt efficaciam huius sacramenti. [Bonaventura×11; Thomas×5] Que requiruntur ad digne sumendum hoc sacramentum. Circa unum requisitum, vide quid principaliter sit meditando circa hoc sacramentum. Et quid sit dividicare corpus Domini. Pro responsione recitatur una via S. Thome et Bonaventurae. Postea recitatur alia responsio S. Thome, que scilicet videtur magis accepta. In solutione quarte rationis ponitur triplex memoriale passionis Christi. 755

Utrum expediat hoc sacramentum frequenter aut etiam coecidie sumere. [Bonaventura×4; Thomas×3; Alexander de Hales×1] Respondetur sub distinctione aut adducitur auctoritas Augustini et exponitur. Exponitur finis quid sumens aut celebrans intendere debet. Adducitur auctoritas Bede de frequentia celebrationis. In solutione prime rationis dicitur quare hoc sacramentum iteratur et non baptismus. In solutione quarte rationis qui digniter accedit duo concurrunt, unum adtrahens et aliud retrahens. Ex quorum consideratione debeat frequentare et ex quorum consideratione debeat se aliquando retrahere. Diversa mandata emanaverunt de communicando secundum diversos fidei et ecclesie status de hoc vide in solutione sexti argumenti. 760
765
770

Utrum sacerdoti consecranti liceat tunc non communicare. [Thomas×4; Bonaventura×1] Respondetur quod numquam licet, nisi impediatur per violentiam, per infirmitatem, per mortem, <vel> aliud huiusmodi. Et ratio huius sumitur ex parte sacramenti. Et potest etiam accipi ex parte consecrantis. An sit melius hoc sacramentum laudabiliter sumere aut ab eo laudabiliter abstinere. Respondetur: primum est absolute melius, licet in casu ponit secundum esse faciendum. Et vide pulchras /537ra/ obiectiones et earum solutiones ibidem. 775

772 nisi] non *ms.*

Circa textum. Vide quomodo celebratio huius sacramenti dicitur ymolatio Christi duobus modis. Et quomodo fit ymolatus in sacrificiis antiquis. Quid significant cruces omnes quas facit sacerdos a principio canonis usque ad finem. Quid fractio hostie et quid pars ab invicem divise. Et quid commixtio corporis et sanguinis significet. Quid significant gestus quos habet in missa. Quociens et cui Christus apparuit in die resurrectionis. 780
785

Distinctio 13a. Utrum omnis sacerdos possit consecrare hoc sacramentum. Quilibet sacerdos potens proferre verba et habere debitam intentionem potest consecrare ministerialiter. Quilibet sacerdos quantumcumque certiosus, hereticus, scismaticus, excommunicatus vel etiam degradatus conficit si observat cetera omnia que ad hoc requiruntur, sed faciendo graviter peccat. Quid sit degradatio: Vide ibi plures objectiones contra predicta cum solutionibus suis. Quod illa regula: ‘facilius est destruere quam construere’, non conceditur de agente solum minist<e>rialiter in sacramentis. Quomodo degradatus traditur potentie seculari. 790
795

Utrum soli sacerdotes possint conficere hoc sacramentum. Respondetur quod soli sacerdotes possunt, et si alius attemptat facere, nichil conficit. Et huius redduntur cause in solutione rationis.

Utrum missa boni sacerdotis sit melior quam missa mali. [Thomas×2; Bonaventura×1] Respondetur sub distinctione. Quare prohibentur aliorum misse audi. Quare certorum potius quam aliorum. 800

Utrum liceat sacerdoti omnino ab ewkaristie consecratione <et> celebratione abstinere. [Thomas×17; doctores×4; Landulfus Caracciolo×1] Recitatur una opinio dicentis quod liceat non curato, nec obligato ex precepto superiorum /537rb/ et qui manet in sua libertate. Alia via est S. Thome et Durandi et plurium, scilicet quod non liceat alicui, sed graviter peccet nec aliquando non existente legitimo impedimento celebret, maxime in precipuis festivitibus et quando populus conswevit communicare. 805

Dubia. Prim<um>, qua hora possint misse licite celebrari. Secundum, utrum oporteat hoc sacramentum in loco consecrato celebrari et cum vestibus et vasiis consecratis. 810

802 consecratione] et *ms.*

Calix. De qua materia debeat esse calix, et quid representat pannus lineus. Nec debet corporale aut pallam esse serica, nec de panno lineo tincto. Et quarum consecrantur talia inanimata? Quod quidam probabiliter dicunt quod per ingressum ecclesie consecrate homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut per aspersionem aque benedictae inducentes ad hoc scripturas. Quod ligna ecclesie dedicata non debeant ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiam vel conburenda sunt et de pluribus aliis ornamentis, et vide ibidem.

Tertium, an obmissio illorum aut alicuius eorum impediatur consecrationem.

Quartum, si sacerdos in missa recolit se aliquid comedissee aut bibisse, aut mortali subiaceat peccato, aut esse in excommunicatione, aut irregularem etc., quid faciet? Respondetur. Sanctus Thomas et Bonaventura dat bonum consilium quod homo diligenter antea se preparat et in missa non cogitet de se, sed tantum de sacramento et de hiis que ad hoc pertinent.

Quintum, si musca, aranea aut aliquid venenosum cadat in calicem aut sacerdos percipit venenosum per aliquem malivolum immissum, quid faciet.

Sextum, si ex negligencia non misteretur aqua vino in calice aut sola aqua ibi poneretur /537va/ aut nichil omnino infunderetur quid faciat sacerdos?

Septimum, contingit quod sacerdos non recolit se dixisse verba consecrationis vel aliqua alia que in consecratione dicuntur, quid faciet?

Octavum, si sacerdoti frangenti hostiam una medietas in calicem cadit quid faciet de alia medietate? Talis casus accidit Innocentio pape. Sed esto quod propter frigus vel aliud tota hostia dilabatur sacerdoti in calicem.

Nonum, quid sit faciendum si sacerdos effundit sacramentum calicis aut vomit sacramentum aut permittit hostias consecratas putrefieri aut a muribus commendi et aliis.

Decimum an ad celebrandum sufficiat presentia unius aut requiratur plurium presentia.

Undecimum, intendat sacerdos solum novem hostias consecrare et ipso ignorante sint ante ipsum decem posite; queritur an omnes decem fuit consecrate an alicue, et que sunt ille.

Circa textum. Assignantur cause quare dicitur missa et quid est ‘*iube hec perferri per manus sancti angeli tui*’. Quid sit ‘altare sublime’ etc. 850

Distinctio 14a. Utrum penitentia necessario requiratur ad deletionem peccati mortalis. [Scotus×6] In primo articulo quod homo non dicitur formaliter peccator ab iniustitia habituali, nec ab iniustitia actuali, nec ex dispositionibus genitis ex actibus peccatorum. Cessantibus actibus peccatorum nichil remanet positivi in anima a quo homo dicatur formaliter peccator. Cessante actu peccati manet in anima reatus peccati. Exponitur quid sit macula anime. Quid reatus peccati. Quid offensa dicitur. In secundo articulo dicitur illud quod remanet in anima, cessante actu peccati, potest deleri et sepe deletur. Ratio: non deletur sine pena vel sine equivalenti /537vb/ in acceptione divina. Quomodo peccatum ordinatur per penam. In tertio articulo, quod ad deletionem peccati regulariter requiritur penitentia pena voluntaria. 855 860

Dubium. Quomodo pena possit esse voluntaria. Tristitia potest esse quatuor modis voluntaria. Ponuntur quatuor diffinitiones eius quod est penitere et penitentie. Conclusio responsalis quod ad delectionem mortalis requiritur regulariter penitentia actualis. Casus in quo potest deleri mortale sine penitentia de eo formaliter habita. 865

Utrum actus penitendi sit actus alicuius virtutis. [Scotus×13; Thomas×3; doctores×2; Bonaventura×1] Accipiendo penitentiam vel actum penitendi: primo modo, est conclusio prima quod potest esse actus virtutis et declaratur. 870

Secunda, quod potest esse actus virtutis specialis quia habet speciale obiectum et speciales circumstantias. Item in illo primo modo penitendi sunt quinque secundum ordinem se habentia. 875

Tertia conclusio: virtus cuius penitere illo primo modo est actus est sub iustitia virtute generaliter accepta et prout ordinat ad alterum.

Quarta conclusio: ille actus penitendi non est actus cause. Ex quibus patet quod penitere illo primo modo est actus iustitie punitive et excellentior inter omnes actus iusticie in communi preter actum premiatoris. 880

Quinta conclusio: virtus penitentie non est virtus theologica.

850 perferri] proferri *ms.*

Sexta conclusio principaliter practica quibus hec virtus innittitur ut regulis non sunt omnia in naturali lumine. Nota et declarantur ibi multa quorum notitia dirigit in vere penitendo.

De secundo modo penitendi, scilicet de eo quod est de testari peccata vel est dispicientiam habere de eo, est prima conclusio quod potest esse actus virtutis. 885

Secunda conclusio, quod non est actus alicuius determinate virtutis solum, sed potest esse actus cuiuscumque virtutis appetive.

De tertio modo penitendi prout est acceptare gratantur penam inflictam pro peccato, est conclusio /538ra/ prima quod potest esse actus virtutis. 890

Secunda conclusio, quod potest esse actus multarum virtutum.

De quarto <modo> penitendi, dicitur quod est actus virtutis, quia penitentie. 895

Dubium an actus penitendi ut actus virtutis requiratur ad deletionem mortalis. Conclusio prima ad delationem mortalis non requiritur actus penitendi ut actus unius virtutis tantum.

Secunda penitentia que est virtus non requiratur necessari ad deletionem culpe mortalis. 900

Tertia actus precedens deletionem mortalis semper est informis, quamvis actus concomitans sit formatus. Primus vocatur attritio. Secundus contritio. Nota quomodo actus detestationis potest esse circumstantionatus tripliciter. Primo modo sit quod assit sibi circumstantia mala et indubitata. Secundo modo sic quod desit sibi circumstantia aliqua ex obmissione voluntatis, non tamen assit sibi circumstantia mala illi opposita. Tertio modo, quid sit per omnia bene circumstantia <circumstantys> mortalibus. Quomodo virtus penitentie potest esse in beatis et innocentibus. Quomodo potest esse detestatio et nolitio peccati preteriti. 905

Post hoc in distinctione 14a queritur quid sit penitentia sacramentum sive sacramentum penitentias. Ibi ponitur quid nominis sacramenti penitentie et declarantur particule posite in diffinitione. Et declarantur que sint verba sacerdotalis absolutionis. 910

Circa textum. Quomodo intelligitur illud Ieronimi: *Penitentia est secunda tabula post naufragium*. Quomodo intelligitur illud Magistri: 'Penitentia prima a timore concipitur'. Declaratur quomodo penitentia oritur, ut communiter ex septem actibus penitentiis et secundum que- 915

902 secundus] numerus *ms.*

mdem ordinem se habentibus. Exponuntur due diffinitiones penitentie date per Ambrosium et Gregorium.

Utrum /538rb/ penitentia possit iterari. [doctores×2; Thomas×1] Recitatur errore quorundam circa hoc. Respondetur secundum veritatem, scilicet quod penitentia potest quocienscumque fructuose iterari, et non baptismus. 920

Utrum debeat esse aliqua penitentia publica et sollempnis. [Thomas×3] Aliqua est et debet esse in ecclesia publica penitentia et sollempnis. Talis non iterator, et sic propterea etc. Exponitur quomodo fiat ac quondam fiebat huiusmodi penitentia. Quibus possit imponi. Differentia inter publicam et sollempnem. 925

Utrum penitentia possit per omne peccatum tollere ab homine. [Thomas×2] Dampnati non possunt vere penitere nec eorum penitentia est fructuosa. Quibus viator compos usus rationis sufficienter potest de quolibet peccato suo sufficienter penitere et vere. Vera penitentia viatoris tollit omne suum peccatum mortale, ymo contrarium illius est error derogans divine misericordie et efficacie mortis et passionis Christi. 930

Utrum homo semper per penitentiam resurgat ad caritatem equallem a qua cecidit. [Thomas×5; Bonaventura×5; doctores×1] Homo per penitentiam resurgit ad caritatem. Et nota ibi quomodo mortale tollit caritatem et econverso caritas superveniens tollit mortale. Penitens non semper resurgit in caritate equali ei a qua cecidit. Nota quomodo quidam dixerunt contrarium illius et ponuntur eorum motiva. Quomodo intelligitur quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 935 940

Utrum sicut peccatum opera viva mortificat, sic penitentia opera mortificata vivificet. [Thomas×4; Bonaventura×1] Nota triplicia sunt opera, scilicet viva, mortificata et mortua, et quid quodlibet eorum sit. Opera viva per mortale subveniens mortificantur. Penitentia vivificat opera mortificata. Opera mortua nunquam vivificantur. Notantur duplicia opera mortua. /538va/ 945

Circa textum. Quomodo est quod plangens peccatum non tamen deserens subicit se maiori penitentie cum tamen plangere pro peccatis sit bonum. Quid est cessare a peccato quomodo penitentia est cesare a pec- 950

920 possit] ponit *ms.* 926 ac] ad *ms.*

cato. Quomodo debet peccator semper in se punire peccatum. Ponuntur diverse species culparum mortalium.

Distinctio 15a. Utrum possibile est homini satisfaciat quod Deo pro culpa mortali. [Thomas×3; Bonaventura×3; Scotus×2] Nota: duplex acceptio satisfactionis et diffinitio utriusque. Duplex est equalitas iustitie, scilicet equalitas quantitatis et equalitas proportionalitatis. <Homo non potest virtute suorum operum Deo satisfacere reddendo sibi equalem secundum quantitatem>. Homo non potest Deo satisfacere pro peccato secundum ordinationem misericordie sue secundum suam acceptionem et in virtute meriti passionis Christi. Ponuntur tres modi quibus potest satisfieri Deo pro peccatis. Quomodo et offensa et etiam satisfactio pro ea habet aliquo modo infinitatem. Ad que obligantur Deo ex precepto et ad que ex debito honestatis solum et decentie. Quare dyabolus non potest satisfacere pro peccatis suis.

Utrum homo possit penitere et Deo satisfacere de uno peccato sine alio. [Thomas×4; doctores×2; Scotus×1] Nunquam Deus dimittit homini mortale sine penitentie actu vel non regulariter. Eum qui est in pluribus mortalibus est in impossibile penitere et Deo reconciliari de una eorundem sine alio vel aliis. Impossibile est Deo satisfacere de uno mortali illo modo eum qui manet actu inpenitens de alio. Contritus de omnibus mortalibus et Deo reconciliatus manens in caritate potest Deo satisfacere de uno peccato dimisso non satisfaciendo de alio. An Deus dimittendo peccatum semper simul dimittat dictant reatum pene totum et tollat omnes reliquias peccatorum. Respondetur quod non semper, et declaratur /538vb/ per sanationes corporales diversorum a domino.

Utrum vere contritus et iterum cadens in mortale possit manens in illo et sic extra caritatem satisfacere de mortalibus prius dimissis. [Scotus×6; Bonaventura×3; Thomas×2; doctores×1] Vide opiniones duas ad idem oppositas ambas satis probabiles. Secunda misericors est; secundum primam operari est securia.

Utrum opera satisfactoria extra caritatem facta reviviscant adveniente caritate et incipiant aliquid valere. [Thomas×3; Bonaventura×3; doctores×2] Requiritur quod non reviviscunt, secundum quod valeant ad meritum vite eterne, nec sic quod fiant satisfactoria pro peccatis. Dubitatur an alicuis alterius sint meritoria apud Deum. Respondetur

951 ponuntur] semper inse *ms.* 956-958 Homo ... quantitate] *om. hom. ms.*
973 dimittat] dictant *ms.*

quod non saltem de condigno, licet de congruo mereamur aliquid bonum temporale. Et vide quid sit utrumque mereri de congruo et condigno. Dubitatur ad quid ergo valent. Enumerantur sex bona ad que valent et que merentur, saltem temporalia bona. Aliqua opera satisfactoria derelinquunt post se effectum penosum in faciente. Aliqua vero nullum. 990

Utrum satisfactio fiat tantum per opera penalia. [Bonaventura×3; Thomas×2] Deus posset alia opera bona acceptare tamquam satisfactoria. Regulariter satisfactio consistit in operibus bonis penalibus et in passionibus voluntariis. 995

Utrum sint tantum tria genera operum satisfactoriorum, oratio, ieiunium et elemosina. [Scotus×8] Una acceptio generalis satisfactionis et reducitur sic ad sex penosa. Alia acceptio stricta et sic sunt tantum tria opera satisfactoria secundum genus, scilicet oratio elemosina et ieiunium. Iste numerus competit bonis que habemus, scilicet anime, corporis, et fortune. Secundo competit radicibus peccatorum quas satisfactio excludit, ut sint concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, et superbia vite. Tertio competit satis /539ra/ factioni quod, ad hoc quod est peccatorum suggestionibus corporibus aditum 'non indulgere', triplicia sunt opera, scilicet corporalia, spiritualia et media. Duplex est effectus satisfactionis, scilicet satisfacere pro peccatis preteritis et perseverare cum futuris. Quo ad primum effectum, valet quodlibet illorum operum. Sed quo ad secundum, sunt eorum plus a propria aliquibus peccatis. Quomodo ad illum effectum peccato carnis plus correspondet ieiunium captum generaliter pro omni carnis macerativo; peccato superbie, plus humilis oratio; peccato circa temporalia, plus correspondet largitio elemosinarum. Congruum est ut homo Deo satisfaciat de peccato per opera que magis correspondent illi peccato, ut sic puniatur homo in eo in quo deliquit et ut excitantur radices peccatorum et perseveretur homo a recidiva. Bene penitens ultra penitentias iniunctas dicunt assumere opera que magis correspondent peccatis eorum, maxime <ad> que multum inclinati sunt. Confessores iniungant confitentibus penitentias correspondentes peccatis commissis, maxime peccatis ad que sentiunt eos inclinatos, nisi ex speciali causa et circumstantiis specialibus aliter oporteret fieri, de quo dantur exempla. Quid faciendum si confitens dicit se contritum et non vult aliquam penitentiam suscipere <a> 1000 1005 1010 1015 1020

1017 multum] multa *ms.*

sacerdote. In fine quomodo hic generaliter accipiuntur oratio, ieiunium et elemosina.

Utrum quilibet qui iniuste abstulit aut iniuste detinet alienum, teneatur restituere, ita quod non sit vere penitens nisi restituat. [Scotus×17; Thomas×3; Bonaventura×1] Restitutio non est pars satisfactionis proprie dicte, sed quoddam preambulum ad eam, ymo ad totam penitentiam. Propter quam rationem est restitutio facienda. Quis tenetur restituere. Cui est restituendum iniuste ablatum aut /539rb/ detentum. Quando est restituendum. Et ponuntur aliqui casus in quibus non oportet statim restituere. Obicitur contra et solvitur. In solutionibus rationum de restitutione rerum invent<a>rum in secunda ratione. De restitutione ab existenti in extrema necessitate in solutionibus quarte et quinte. In solutione septime quomodo faciet adultera de filio spurio. In solutione octave de dampnificante aliquem in consecutione beneficii. In solutione none de ea que suffodit semina in agro alieno. 1025 1030 1035

Utrum dampnificans alium in bonis persone, aut corporis vel anime teneatur sibi restituere aut possit vere penitere. [Scotus×7] In primo articulo enumeratur modi quibus unus potest alium dampnificare in bonis anime. 1040

Qui alium in bonis anime dampnificat. Qui alium in bonis anime dampnificat graviter peccat. Dampnificans alium in bonis anime tenetur ad restitutionem modis sibi possibilibus. Et datur modus restituendi. Et infertur quod valde periculosum est alium sollicitare et inducere ad peccandum. Dampnificans alium quo ad religionem a qua trahitur vel impedit ne impedit ut ad restitutionem. Et monasterio dampnificato et persone abstracte vel impedit. Et datur modus quo satisfaciendum est uterque. De secundo articulo, scilicet de dampnificante in bonis corporis, distinguitur de multiplici dampno corporis. Si de omnibus istis dampnis statuatur lex talionis, esset iusta retributio nec hoc esset iudaysare. De iusta pena homicydii et quibus modis homo tenetur restituere in dampno mutilationis. 1045 1050

Utrum dampnificans alium in bono fame teneatur ei ad restitutionem. [Scotus×12; Thomas×3] Primo modo dampnificat quis alium in fama /539va/ verum crimen de eo publicando et iuste, scilicet cum circumstantiis que enumerantur ibi, et talis non peccat nec tenetur ad resti- 1055

1037 persone] persono *ms.* 1039 enumeratur] enumerantur *ms.*

tutionem. Secundo modo iniuste, scilicet falsum crimem sibi imponendo, et talis peccat et tenetur ad fame restitutionem.

Dubium de eo qui non asserit de alio falsum crimen, sed murmurat de hoc aut incaute loquitur. Vide de illo, quia est consuetum, licet periculosum. Tertio modo iniuste, scilicet verum crimen sed occultum de eo manifestando contra debitum iuris. Vide modum secundum quem tenetur ibi famam restituere. Quarto modo verum crimen sed occultum et sibi in publico inpositum negando; de hoc multa dicuntur ibi. 1060

De diffinitione satisfactionis quam ponit Augustinus, scilicet, “est peccatorum causas“ etc. De diversis generibus elemosinarum. Quomodo possit homo a se incipere et sibi ipsi elemosinam dare. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Inmundis nichil est mundum. Nichil proest ieiunare, orare etc. nisi mens revocetur a peccato. Quomodo est verum quod omnem quam Dominus sanavit omnino liberavit. Penitentia vera ad baptismi privitatem conatur reducere. Quid lacrimae mentis de eo qui de flet dampna rerum aut mortem amici et non deflet peccata. 1065 1070

Distinctio 16a. Utrum contritio, confessio, satisfactio sint partes penitentiae. Vide multa dicta Scoti, Bonaventure et in fine dicta S. Thome. 1075

Utrum penitentia sit homini ante baptismum necessaria. [Thomas×4; Bonaventura×2; Scotus×1] Quoddam est peccatum originale, et de illo non est penitentia proprie dicta necessaria, sed communiter accepta requiritur in aliquibus, in aliquibus non. Etiam de originali nullo modo debet esse confessio. Aliud est peccatum actuale mortale, et de illo requiritur contritio ante baptismum tempore vel natura quo ad eius di<mi>ssionem in adulto. /539vb/ Confessio non requiritur ante baptismum, quamvis possit fieri, ut cathecumius per sacerdotem dirigatur et de noticia peccatorum instruatur. Ista confessionem non debet sequi absolutio a peccatis, nec ligatio ad penam. 1080 1085

Utrum teneamur de venialibus penitere. [Bonaventura×4; Thomas×2] Quid actuale mortale et quid veniale peccatum et differentia eorum. Penitentia ergo ad omnes partes suas operatur ad venialium remissionem. De venialibus secundum se consideratis non est nobis absolute necessarium hic penitere. Ut venialia hic dimittantur, oportet de ipsis hic aliquantulum penitere. Utile est et congruum hic de eis penitere, ut etiam 1090

hic solvatur pena eorum. Considerando ea in ordine ad periculum quod nata sunt inducere, de aliquibus <est> necessarium ut hic penitere, secundum certum tamen modum. Nota triplex genus peccati venialis, et plura circa hoc. Multa venialia non faciunt unum mortale. 1095

Utrum veniale possit dimitti non dimissis aliis peccatis. [Thomas×2]

Utrum mortale nunquam dimitt<a>tur non dimissis aliis mortalibus. Existenti in mortali nullum dimittitur veniale. Mortalia possunt dimitti et dimittuntur, non dimissis venialibus. Unum veniale potest dimitti alicui, non dimisso sibi alio vel aliis. 1100

Utrum in gratia existenti possint dimitti venialia sine contritione de eis habita. [Thomas×4; doctores×4; Bonaventura×1] Ad mortalis post baptismum commissi dimissionem regulariter requiritur previa contritio. Nunquam dimittuntur peccata venialia sine contritione de eis habita aliquo modo. In primo delentur per contritionem actualem de eis <in> particulari. Secundo post contritionem de eis in generali, dum non maneat actu in voluntate nec etiam secundum complacentiam habitualem. Tertio per contritionem implicitam, et exponitur quid illa sit. Quarto quilibet /540ra/ actus ex caritate procedens et contra ea directus delet. Quid fervero caritatis et quomodo contrariatur venialibus et ea delet. 1105
Quinto sunt plura specialia remedia contra venialia que ibi enumerantur que delent ea, sed addita aliquali contritione. Adduntur ad hoc probationes. An multa venialia faciunt unum mortale. Prima responsio aliquorum quod sic, et eius dantur multa exempla. Alia responsio quod non est communis doctrina doctorum. Respondetur ad verba Augustini que videbantur prime responsioni favere: possumus singula venialia vitare, sed impossibile est quod omnia vitemus. Quomodo martirium equivalet baptismo. 1115

Circa textum. Quomodo tres differentie peccati cooperantur tribus mortuis a Domino suscitatis et tribus partibus penitentiae. De contritione circumstantiarum ipsorum peccatorum de qua loquitur Augustinus. 1120
Quomodo intelligitur penitens potest se in iudicio sacerdotis vel sui sibi reservans. Quomodo penitens debet dolere et gaudere et ex quibus causis. Quid est conformari bona conscientia et quod non est subito post magna peccata accedendum ewkaristie sacramentum. De ludis et iocis 1125
quomodo impediunt penitentiam. De spectaculis an penitens teneatur

vitare. Quomodo penitentiae sunt iniungendum secundum auctoritates sanctorum.

Utrum officium milicie et negociatorum et publicanorum impediatur penitentiam. 1130

Distinctio 17a. Utrum ad iustificationem peccatoris prerequiratur preparatio eius, per quam faciat quod in se est. [Thomas×3; Petrus de Tarantasia×1] In omni iustificatione peccatoris requiritur in eius voluntate aliqua preparatio ad gratiam suscipiendam. Homo potest ea facere /540rb/ per se que sufficienter preparat ad gratiam iustificantem. Preparatio quandoque diu incipit ante gratie infusionem. Aliquando mox est perfecta et sufficiens ad gratie receptionem, ut in conversione Pauli. 1135

Utrum ad iustificationem requiratur infusio gratie et motus liberi arbitrii. [Thomas×6] Requiritur infusio gratie sine qua Deus posset, sed non vult, quemquam iustificare. Secundo in adulto requiritur motus liberi arbitrii sui in Deum. Tertio requiritur actus fidei qualiter ostendat suum obiectum. Quarto requiritur motus liberi arbitrii in peccatum, qui est ipsius peccati detestatio. Quinto ad iustificationem impii requiritur peccati expulsio sive dimissio, licet infusio gratie et expulsio culpe sint simul in eodem in instanti, tamen quodlibet eorum est prius altero prioritare nature. In solutione secundi articuli quomodo Dominus trahit venientes ad se et est pulchrum. An iustificatio sit aliud quam vocatio. An iustificatio impii reducatur ad attributum misericordie divine. 1140 1145

Utrum contritio sit dolor pro peccatis voluntarie assumptus, cum proposito confitendi et satisfaciendi. [Thomas×3; Bonaventura×3; Petrus de Tarantasia×1] Sicut peccatum committitur per voluntatis consensum, sic oportet quod deleatur per eiusdem voluntatis dissensum et nolitionem. Duplex est dolor, unus displicentia voluntatis, alter passio sensus. Exponitur illa contritionis diffinitio de qua questio querit. In solutione tertii articuli quomodo voluntas potest velle nolle quod necesse est fuisse aut velle non fuisse quod impossibile est non fuisse. Cum contritio conveniat rebus corporalibus communitatis quare actus delens peccata solet contritio nominari. Dantur trium doctorum solutiones. 1150 1155

Utrum attritio possit fieri contritio. [Scotus×4; Thomas×1; Petrus de Tarantasia×1; Bonaventura×1] Dantur /540va/ due vie et modi diversorum doctorum. 1160

1138 requiratur] requiritur *ms.* **1155** velle] esse *ms.*

Utrum de omni et solo actuali peccato debeat fieri contritio. [Thomas×4; Bonaventura×3; doctores×2; Petrus de Tarantasia×1] De solis actualibus et de omnibus talibus est proprie conterendi. Regulariter nulum mortale dimittitur sine contritione de eo habita. In eo qui est pluribus mortalibus irretitus non sufficit detestatio unius eorum ad eiusdem dimissionem, sed oportet omnia detestari. In solutione quarti articuli vide de contritione oblitorum peccatorum. In solutione quinti de contritione ignorantium peccatorum. De duplici ignorantia iuris et facti. De diligentia facienda, ut repellatur ignorantia. In solutione sexti, quod ad veram contritionem requiritur propositum etiam cavendi futura peccata et omnia mortalia futura. In solutione septimi non sufficit dolere in generali de omnibus, sed in attritione oportet dolere de singulis et in singulari.

Utrum contritio debet esse maior dolor quam quicumque alius dolor de re temporali. [Bonaventura×9; Thomas×4; doctores×4; Petrus de Tarantasia×1] Duplex est dolor de peccato, unus in voluntate, et ille debet esse maior de peccato quam dolor voluntatis de quacumque alia re; alius dolor de peccato est in sensu, et ille non est de essentia contritionis nec necessario requiritur ad mortalis deletionem. Esset signum magni doloris in voluntate de peccato si semper sequeretur de eo dolor in sensu et in animo quam de quacumque temporali re. Dolorem sensibilem de peccato non est necessarium maiorem esse quam sic sit quicumque dolor de morte filii aut de dampno non temporali aut delesione corporali. Stet false contritum de peccatis, non pro eis, sed false pro filio aut aliqua lesione vel dampno. Stant simul in contrito gaudium et dolor; nichil contrariantur /540vb/ ad invicem. Possibilitas recuperationis gratie etc. mitigat dolorem ut non sit cum desperatione. Vide quomodo peccatum plus debet displicere quam quodcumque aliud sub ratione pene consideratum, et plus quam mors propria etc. De hoc tamen homo non est temptandus; de hoc vide ibi plura dicta satis notanda.

Utrum dolor contritionis possit esse nimius. [Bonaventura×9; Thomas×3; doctores×1; Petrus de Tarantasia×1] Contritio quo ad dolorem sensibilem potest esse nimia. Nota regulam de dolere sensibili et de quantitate exterioris afflictionis corporis. Nota de illo qui ex fervore caritatis non advertit lesionem nature ex nimio dolore sensibili peccatis aut ex magna afflictione corporis proveniente et ymo non temperat.

1164–1165 nullum] instanti *add. et dell.* 1188 mitigat] mitigant *ms.* 1192 possit] potest *ms.*

Utrum maioris debeat esse dolor de uno peccato quam de alio. [Thomas×2; Petrus de Tarantasia×1] In attritione de singulis mortalibus debet dolor in voluntate esse maior de maiori peccato. In actu contritionis manet in virtute et habitualiter ille dolor voluntatis maior e<s>t de maiori peccato. 1200

Utrum totum tempus huius vite sit tempus de peccatis conterendi. [Thomas×6; Bonaventura×5; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur quod sic, etiam quantum ad utrumque dolorem qui est in contritione. 1205

Utrum homo debeat continue et per totum tempus de peccatis dolere. Vide duas solutiones concordantes ad invicem, et postea dictum S. Thome. An post hanc vitam anime de peccatis conterantur. Respondetur secundum tres status animarum quod in nullo eorum, sed solum in presenti vita e<s>t vera et fructuosa penitentia. 1210

Utrum contritio possit tollere culpam et reatum totalis pene. [Thomas×4; Adam de Wodeham×1; Bonaventura×1; Scotus×1] Contritio est aliquo modo causa remissionis culpe. Contritio potest esse tam intensa et ex tali intensa caritate procedere quod tollit totam culpam et penam. Quomodo dolor attritionis in sensu /541ra/ potest esse tantus quod sufficit ad deletionem totius pene, sicut alter dolor satisfactorius. An parva contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum. Contritio quantumcumque parva formata est caritate et ideo esse mortale debet. Potest displicentia voluntatis de peccato esse tam parva quod non sufficit ad rationem contritionis, sed est attritio insufficientis, et illa nullum delet mortale, quamdiu talis manet. Recapitulatio eorum que requiruntur ad habendum veram contritionem. Ponitur multiplex differentia inter contritionem requisitam ad deletionem venialium et mortalium. Quando homo teneatur conteri? Dantur due vie et consilia et quod utile sit sepius conteri cum etiam homo non vult statim confiteri. 1215
1220
1225

Circa textum. An mortale possit dimitti ad solam contritionem. [Thomas×1] Recitantur tres opiniones. Quomodo confessio delet culpam, et tollit penam, aperit paradysum, tribuit spem salutis. Quomodo intelligitur quod nemo potest confiteri nisi resuscitatus.

Circa secundam partem distinctionis queritur. Utrum confessio fienda sacerdoti sit necessaria ad salutem. [Scotus×6; Thomas×3; Bonaventura×1; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur quod sic, et da- 1230

tur modus an Petrus et Paulus fuerint peccata sua, scilicet negationis et persecutionis, confessi. Non tantum valent opera voluntarie assumpta sicut a confessione per viam satisfactionis post confessionem inposita. De muto et nesciente lingwagium et non habente copiam sacerdotis quomodo debeat confiteri. Vide diversos modos. 1235

Utrum confessio cadat sub precepto legis naturalis. [Scotus×10; Thomas×3; Bonaventura×2] Quid ius naturale, quid positivum divinum, quid ecclesiasticum. Duplex est confessio, scilicet laudis et fraudis. Fraudis /541rb/ est multiplex. Nullus tenetur ex precepto legis nature ad confessionem sacerdoti impertiri et in secreto de omnibus suis peccatis. Recitatur opinio glosatoris Decreti de institutione confessionis et reprobatum et solvuuntur rationes eius. Preceptum de confessione non est primo institutum aut traditum ab Apostolo Iacobo et totius ecclesie obligatorium. Nec beatus Iacobus hoc preceptum ut a Christo traditum promulgavit cum dixit, ‘confitemini alteri peccata vestra’. Preceptum primo obligans ad confessionem est de divino dure positivo. Illud probatur pluribus rationibus pulchris. Vide qualis confessio fiebat in lege nature et in lege mosayca. Vide quomodo non est contra rationem publicare sacerdoti propria peccata. Vide causas propter quas confitendum est. 1240 1245 1250

Utrum omnes homines ad confessionem teneantur. [Bonaventura×4; Thomas×3; Scotus×2] Ex obligatione precepti Domini tenentur ad confessionem adulti qui post baptismum commiserunt aliquod mortale. Quid intelligitur hic per adultum. Ex obligatione precepti ecclesie positi in capitulo ‘Omnis utriusque’ etc. tenetur secundum aliquos omnis adultus semel in anno, etiam qui non commisit mortale, sed solum veniale. Huius institutionis ecclesie assignantur cause. Impossibile est de lege communi viatorem per diem esse sine veniali. Quomodo potest dispensari super confessione facienda et quomodo non. 1255 1260

Utrum ex vi precepti teneatur homo omnem venialem culpam confiteri. [Scotus×3; Thomas×2; Bonaventura×2; doctores×1] Non obligamur ex divino precepto ad confitendum venialia que scimus esse talia. Est bonum et utile ea confiteri. In casu tenetur homo aliqua venialia confiteri, ut ratione conscientie sue. Aliqui dicunt quod contingit /541va/ casus in quo quis ex ecclesiastico statuto tenetur venialia confiteri et qui 1265

1267 casus] causus *ms.*

non haberet mortalia. Alii tenent op<p>ositum, ut ibi late declaratur. Practicare primam viam est securius.

Utrum teneamur confiteri omnia mortalia peccata. [Thomas×3; Scotus×3; Bonaventura×2; doctores×1] Tam ratione precepti divini quam ecclesiastici quilibet tenetur omnia mortalia confiteri. Quanta debet oppo-
ni diligentia in discutiendo conscientiam. Nullus debet dividere confes-
sionem. Oportet confiteri omnes peccati mortales differentias, scilicet
manifestum, occultum, cordis, oris et operis, et illius assignantur cause. 1275

Utrum teneamur singulas peccati circumstantias confiteri. [Thomas×5; Bonaventura×5; Scotus×2; doctores×2] Quia differentes sunt peccatoris
circumstantie, quedam impertinentes quas fatuum est confiteri. Secun-
de sunt alleviantes, quas non est bonum confiteri, nisi iunctis casibus. 1280
Tertie sunt in aliquod genus peccati mortali trahentes, et ille sunt nec-
essarie confitende. Quarte sunt agravantes, sed non in aliquod genus
peccati mortali trahentes, et de istis sunt opiniones, tamen certum est
et cautum quod est utile eas confiteri. Enumer iam dicte circumstantie
in duobus versibus. Declaratur quomodo circumstantie particulares pec-
catorum etiam carnalium quantumcumque verecunde sunt confitende si 1285
trahant in aliquod genus mortalis. Etiam addatur circa hoc bona caute-
la, scilicet non demus in confessione prodere proximos et eis detrahere.
Quid faciendum sit quando homo non potest confiteri circumstantias
peccati nisi prodat aliam personam et eius culpam.

Utrum peccator teneatur quanto citius poterit confiteri. [Bonaventu-
ra×4; Scotus×4; Thomas×3] Recitantur quinque casus in quibus homo
sub precepto teneatur confiteri. Qui mortaliter peccavit tenetur habere
propositum confitendi. Quando autem teneatur exire in actum confiten-
di, de hoc /541vb/ recitantur diverse vie. Plus acceptatur via S. Thome
et Scoto. Recitatur specialis modus dicendi Bonaventure. 1295

Utrum sit necessarium confiteri sacerdoti. [Thomas×3; Bonaventu-
ra×2; Scotus×2] Penitens cum deest sacerdos potest licite layco confite-
ri. <Nota est necessario layco in quocumque casu confiteri ymo videtur
toto quod sit utile layco confiteri.> Confessio sacramentalis ordinata ad
reconciliationem est necessario faciendum sacerdoti. Confessio facienda 1300
est sacerdoti habenti iurisdictionem in confitente.

1297 penitens] penitans *ms.* 1298–1299 Nota ... confiteri] *om. hom. ms.*

Utrum confessio sit necessaria formata caritate. [Bonaventura×15; Scotus×8; Thomas×8; doctores×2] Requiritur certa dispositio previa ad suscipiendum hoc sacramentum. Confessio et absolutio suppleant defectum penitentiae dispositionis et cum ea quae de se insufficientis est tollunt omnia mortalia. Accedens sine previa dispositione, ymo cum voluntate peccandi, peccat graviter, et secundum Bonaventuram tenetur totam confessionem iterare. Aliter dicit S. Thomas de sic ficte accedente, scilicet quod non teneat iterare confessionem, quia fructum incipit consequi sacramenti prime quando cessat fictio. 1305 1310

Dubium quid fit defectus confessionis.

Circa textum. An oporteat peccata publice confiteri aliis audientibus. Quae scientia sit necessaria confessori. Alii casus in quibus confessio totaliter est iteranda.

Distinctio 18va. Utrum in ecclesia sit clavis, quae est potestas sentiendi in foro penitentiae. [Scotus×2; Bonaventura×1; Thomas×1; doctores×1] Notatur quid sit clavis potestatis. Triplex est clavis potestatis. Clavis ministerialis potestatis potest esse in ecclesia, et congruit ut sit ibi, ita etiam de facto est ibi. Quomodo hostium regni celorum est clausum. 1315

Utrum in ecclesia sit clavis scientiae. [Scotus×2; doctores×2; Thomas×1; Bonaventura×1] Dicitur primo quid sit clavis scientiae. Distinguitur triplex clavis scientiae. Ista clavis scientiae est in ecclesia et Dominus eam contulit in collatione prime Ioh. 2. Ista clavis scientiae non est scientia actualis /542ra/ vel habitualis infusa vel acquisita nec aliqua industria aut discretio. Recitatur una opinio aliquorum quod illa clavis sit scientia. 1320 1325

Utrum ille due claves ecclesiae sint inter se distinctae. [Thomas×2; Scotus×2; Bonaventura×1; doctores×1] Due sunt claves ecclesiae. Aliqui dicunt illas duas claves esse realiter characterem sacerdotalem et sic esse idem secundum rem et diverse solum ratione propter diversos actus etc. Alia opinio dicit quod realiter distinguuntur a karaktere sacerdotali. Iste due claves sunt realiter inter se distinctae. 1330

Utrum potestas clavium extendat se solum ad penam temporalem. [Scotus×15; Thomas×5; Bonaventura×2] Recitatur via Magistri et non tenetur. Sed contra eam ponitur conclusio talis: quod licet mortalem culpam et eternam penam principaliter remittant, tamen etiam ad hoc 1335

extenderent se claves ecclesie ministerialiter et dispositive. Conclusio declaratur pluraliter et sunt notanda propter efficaciam sacramentorum. Datur differentia inter sacerdotes legales et ewangelicos. Sacerdos potest ex vi clavium de pena temporalis dimittere. 1340

Dubium quid operetur illud sacramentum in eo qui per contritionem est perfecte liberatus a pena et culpa. Et quomodo salvetur veritas illius rationis: *Ego te absolvo*, cum prius sit ab omnibus absolutus. In solutione prime rationis tangitur dubium: An in interactione confessionis super eisdem peccatis absolutio secunda de pena temporalis aliquid remittat sicut prima absolutio, et similiter tertia et sic deinceps. In solutione secunde rationis, non remittitur equaliter de penis peccatorum in absoluteione, sed proportionabiliter, ut si debenti centum ut dimittitur, ut decem debenti, ut dimittitur ut unum. /542rb/ 1345

Aliud dubium, si errante clave potestatis imponeret confitenti penam minorem debito an ratificaretur in celo. Recitatur opinio quorundam, dubitatur et reprobatur a Scoto, postea ponit Scotus opinionem suam pulchram. Aliud an penitens teneatur implere penitentiam sibi impositam clave potestatis non errante. Vide secundum Scotum solutionem notabilem. 1350 1355

Aliud dubium an iudicium ratificetur in celo cum clavis scientie errat et non potestatis. Vide quomodo et quando erret clavis scientie, postea vide distinctiones diversas de dubio.

De excommunicatione. Utrum ecclesia possit et debeat aliquos excommunicare. [Thomas×9; Bonaventura×7; Scotus×1; doctores×1] Duplex est excommunicatio maior et minor. Duplex diffinitio maioris excommunicationis. Apud ecclesiam est potestas excommunicandi et reconciliandi. In ecclesia est duplex forus: unus secretissimus ad quem pertinet clavis ordinis; alius publicus in quo ecclesia habet corrigere publica delicta. Ad quem claves iurisdictionis pertinent. Ubi Christus illas claves dedit ecclesie. Claves iurisdictionis non sunt eodem cum clavibus ordinis. Ecclesia non solum potest, sed et in casu debet aliquos excommunicare et illud declaratur ibi ex bonis considerationibus. Quomodo excommunicati privantur suffragiis et quomodo oratio que fit ex persona ecclesie pro eis inter membra ecclesie fieri non potest. Per excommunicationem incurrit homo tria incommoda propter tria que ex suffragiis ecclesie consequeretur. Quomodo excommunicatus traditur satane. 1360 1365 1370

1359 possit] ponit *ms.*

Utrum quis pro temporali dampno debeat excommunicari aut pro illicita iniuria. [Alexander de Hales×2; Thomas×1; Bonaventura×1; Scotus×1] Duplex est modus excommunicandi: unus /542va/ a iure, alius a luce. 1375 Prima harum est preservativa a peccatis futuris. Secunda est curativa et debet infligi per peccato mortali cum saltem quis contumax fuerit. Iudices non debent esse proni ad excommunicandum. Declaratur multipliciter quomodo Apostoli raro usi sunt illo gladio.

Utrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum. [Thomas×1] Ponuntur diverse distinctiones et secundum eas respondetur ad questionem. 1380

Utrum quilibet sacerdos et solus sacerdos possit excommunicare. [Thomas×18; Bonaventura4; Scotus×1; Alexander de Hales×1] Non omnes sacerdotes possunt, sed solum illi qui habent iurisdictionem in foro iudiciali ecclesiastico exteriori. Etiam non sacerdotes possunt excommunicare, ut electi et archidiaconi. Excommunicatus maiori excommunicatione non potest excommunicare. An aliquis potest se ipsum aut equalem sibi vel superiorem excommunicare. Respondetur quod non. 1385

Secundum, an in aliquam universitatem possit fieri sententia excommunicationis. Respondetur quod ecclesia provide ordinavit ut non fiat ne colectis zizaniis forte simul eradicetur et triticum. 1390

Tertium, an ponit idem pluribus excommunicabus excommunicari. Respondetur quod sic per diversis causis vel ex eadem.

Quartum: utrum excommunicato licitum sit ceteros excommunicare. 1395 Excommunicati minori excommunicatione non possunt alii communicare. Excommunicati maiori excommunicatione non possunt alii communicare. Excipiuntur quedam cause et quedam persone et quidam casus et ponuntur de hoc duo versus.

Quintum: utrum participans cum excommunicato sit excommunicatus, solvitur per distinctionem. 1400

<Sextum>: utrum communicare cum excommunicato sit mortale peccatum. Recitatur opinio et reprobatur. Non semper peccat talis mortaliter, sed quando et quando /542vb/ non illud declaratur.

Septimum, an quilibet sacerdos posset suum subditum excommunicare et absolvere. Quis a maiori et quis a minori possit absolvere. Excipiuntur casus sex quos iuris conditio sibi servavit. Enumerantur octo casus in quibus mittens manum in clericum non potest ab alio absolvi 1405

1395 excommunicato] excommunicatio *ms.* **1396** excommunicati] excommunicato *ms.* **1402** communicare] excommunicare *ms.* **1407** casus] causus *ms.*

quam a pena. Enumerantur septem casus in quibus percutiens clericum non incurrit excommunicationem. 1410

Octavum, an excommunicatus potest absolvi ad excommunicatione invitus. Respondetur quod sic.

Nonum, an excommunicatus pluribus excommunicationibus possit absolvi ab una sine alia.

Circa textum. Quid sit macula peccati. [Thomas×1; Scotus×1; Bonaventura×1] Quomodo peccatum est tenebra cum multi habent optimos intellectus. 1415

Distinctio 19a. Utrum soli sacerdotes novi testamenti habeant claves ecclesie. Respondetur quod omnes sacerdotes habent claves ordinis et soli sacerdos. Secundo quod soli sacerdotes nove legis habent eas. Sacerdotes veteris testamenti non habuerunt claves regni celestis. 1420

Utrum sacerdotes mali habeant clavium usum. [Thomas×3; Bonaventura×2] Respondetur quod sic, sed apud Deum non est dignus usus eorum. Excommunicati, scismatici, heretici, degradati non habent usum clavium ordinis, quia eis ab ecclesia est subtracta materia in qua agerent. 1425

Utrum quilibet sacerdos non precisus possit clave uti in quemlibet hominem. [Thomas×5; doctores×4; Scotus×1; Bonaventura×1] Datur casus quare habens claves non potest eis uti in quemlibet. Cuius confessionem sacerdos debeat audire. Quare quilibet sacerdos potest conficere ewkaristiam et quilibet potest absolvere a peccatis. Que est materia in quam sacerdos potest efficaciter agere absolvendo. Dubium an sacerdos subditos habens possit eos in omni casu absolvere. Potestas ordinis quantum est de se ad omnes se extendent. Iurisdictio a /543ra/ superioribus ad inferiores descendit. Et illi aliquos casus sibi reservant. Enumerantur casus reservati secundum diversos. *De sacerdote* qui est particeps criminis: an possit et debeat ab eodem absolvere. An Moyses fuerit sacerdos. [Thomas×3; doctores×1; Nicholas de Lyra×1] *An Cayphas fuerit propheta*, cum dixit: 'Expedit vobis, ut unus moriatur' etc. Quomodo est verum: nullo officio sacerdotis utatur nisi sit immunis ab hiis que in aliis iudicat. An confessio debeat interrogare confitentem. Et que scrutari debeat ab eo et aliquas condiciones confessoris. 1430 1435 1440

De fraterna correptione: Utrum sit actus karitatis vel iustitie. [Thomas×2; doctores×1] Quomodo homo recte gradiatur in via salutis.

1418 sacerdotes] et *add. ms.* 1439 nullo] nullus *ms.*

Sunt ei tria inpendenda ab eo qui ipsius curam gerit. Duplex modus reducendi eum qui a via rectitudinis abcedit. Differentia est inter correptionem et correptionem sive inter correptionem fraternam et correptionem per auctoritate<m>. Correptio sive fraterna correptio est actus caritatis, sed correptio potestativa sive ex auctoritate est actus iusticie. Ponitur auctoritas pulchra Augustini exhortantis ad fraternam correptionem. 1445

Utrum fraterna correptio cadat sub precepto. [Thomas×5; doctores×1] 1450
Respondetur quod sic. Preceptum obligans ad fraterne corrigendum est affirmativum, et ideo non obligat ad semper, sed pro tempore, loco, et ceteris circumstantiis. Aliquando obmissio fraterne correptionis est meritorium, aliquando mortale peccatum, aliquando veniale.

Utrum ad fraternam correptionem omnes sub precepto teneamur. [Thomas×5] 1455

Ad correptionem ex auctoritate que est actus iusticie soli prelati tenentur. Ad correptionem fraternam omnes tenentur, adulti, sub/543rb/ditus, et prelati. [Thomas×3] Illud declaratur per exempla. In solutionibus plura tanguntur. 1460

Utrum subditus possit aliquando aut etiam teneatur suum corrigere superiorem. [Thomas×6] Non correptione que ex auctoritate procedit, sed caritativa correptione et fraterna cum mansuetudine, cum humilitate et quasi deprecando. Quomodo Paulus corripuit Petrum.

Utrum peccatori liceat corrigere proximum. Qui est in simili aut maiori peccato non potest subditum suum licite corrigere ex officio et auctoritate. Item propter precedens peccatum potest fraterne correptioni impedimentum afferri propter tria. Primo, quia redditur indignus ut alium corrigat. Secundo redditur correptio indebita propter scandalum. Tertio redditur indebita propter superbiam corrigentis qui sua peccata non corrigens nec considerans, perfert se ei quem corripit. Peccator sciens proximi peccatum potest proximum aminorare humiliter quasi per modum rogantis et secum ad emendationem invitantis. Vide an peccat docens Sacram Scripturam sive predicando sive legendo. 1465 1470

Utrum fraternam correptionem oporteat de necessitate precedere denuntiationem fiendam ecclesie. [Thomas×4; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur quod sic regulariter, quamvis multi excipiantur casus, et de 1475

1449 auctoritas] auctoritates *ms.*

hoc reddantur cause, scilicet conservatio forme que ex multis causis custodienda est quantum potest fieri cum salute anime proximi, que ei preponenda est. Vide ibi multa exempla sanctorum exposita. De proclamationibus que fiunt in capitulis religiosorum. Multe distinctiones de hoc quando oporteat monitionem secretam precedere denuntiationem et quando non. 1480

Utrum an<te> denuntiationem requiratur testium inductio. [Thomas×6; Petrus de Tarantasia×1; doctores×1] Respondetur quod sic, et /543va/ datur modus quomodo exempla medicorum corporum et cause propter quas debet fieri. Quando ille modus fraterne corrigendi sit servandus et quando non. Dantur de hoc diverse responsiones. An debeant testes adhiberi etiam quando iteratio actus non potest cognosci. Quomodo autem debet alios testes iudicari prelato. Subiunguntur ordo correptionis fraterne secundum Augustinum in regula sua. Que est utilitas indicationis que fit primo prelato. An liceat peccatum fratris indicare ecclesie sue sine teste. An unicus testis sufficiat denunciati aut accusanti. Quid faciendum de peccatis que non emendantur, non tamen iterantur, ut possint testibus ostendi. Quid faciendum quando nullus fratrum wult iterationem explorare aut quando iterationem actus non possunt deprehendere. In quibus casibus quis excusatur ab illo processu correptionis. Utilitas denuntiationum et accusationum peccantium fratrum. 1485 1490 1495

Utrum fraterna correptio quantum ad amonitionem secretam debet esse levis aut aspera. [Thomas×1] Correctione que fit ex auctoritate superioris sunt aliqua peccata leviter corrigenda, aliqua vero aspere et vehementer increpanda. In correptione fraterna potest servari idem, ipsa tamen magis debet ad levitatem accedere quam ad asperitatem. Debet etiam fieri non cum indignatione, sed cum compassione. Item debet fieri cum discretione, ut aliter corrigantur magna, aliter parva. Item debet fieri cum tranquillitate animi. Item debet fieri cum bona intentione et ad debitum finem. 1500 1505

Distinctio 20da. Utrum quis in extremo vite sue possit vere et salubriter penitere. [Scotus×6; Thomas×3] Respondetur quod sic et declaratur satis late. Secundo /543vb/ dicitur quamvis sit possibile, tamen vix et difficulter potest in extremis haber<i> vera penitentia ab eo qui penitentiam distulit ad extrema. Declaratur ex verbis Augustini quatuor pulchris rationibus. Correlarium sanis suadendum est ut sani peniteant, incuciendo eis timorem quam periculosum est eis expectare usque ad 1510

extrema propter causas allegatas. Secundum de consilio dando infirmo ad extrema deducto. Exponitur illud Augustini: ‘presumimus’, quod non bene hinc vadat. Quomodo homo etiam in extremis potest non solum dimitti a peccatis, sed ea dimittere. Plura sunt alia ibi utilia. 1515

Utrum penitens in finem vite possit absolvi a quolibet sacerdote. [Thomas×1; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur quod sic quando non potest proprius sacerdos haberi. 1520

Utrum in extremis penitens maneat debitor pene post mortem. [Thomas×1] Declaratur quare post dimissionem culpe remanet solutio pene. Dupliciter contingit quem in extremis penitere. Uno modo solum per contritionem, et ille manet post mortem debitor magne pene in purgatorio solvende. Alio modo etiam per penitentiam exteriorem, ut confessionem et absolutionem: ille manet debitor pene, sed non tam magne sicut precedens, quia est sibi diminuta satisfactio sacramentum. 1525

Utrum unus possit pro alio penam satisfacere. [Thomas×3; Bonaventura×3; Petrus de Tarantasia×1] Respondetur satisfactio valet ad duo, scilicet ad absolutionem debiti et quo ad habere potest unus pro alio satisfacere valet etiam ad remedium contra lapsum, et quo ad hoc est questio falsa. 1530

Dubium an commutatio talis debeat fieri auctoritate sacerdotis et an <ad> hoc requiratur quod ille pro quo satisfaciendum est sit impotens ad per se faciendum. 1535

Dubium an cum unus /544ra/ in se suscipit alterius debitum alter sit statim a debito liberatus ita quod evolaret mox si moriretur.

Circa textum. Circa illud Augustini: ‘Si sic agis securus es’, dicitur quod duplex est certitudo. [Thomas×4; Bonaventura×1; Scotus×1] Quomodo Deus in penitentia querit arbitrii libertatem. Quomodo est horrendum incidere in manus Dei viventis. Quomodo mortalia in penitentia fiunt venialia. In extremis non est penitentia imponenda, sed innotescenda. Notatur quomodo aliquando rationabiliter pro minor culpa imponitur maiori penitentia. Quomodo regulariter pro mortali canones imponunt penitentiam septem annorum. Consideratis regulis patrum potest homo proprie quantitatem debite pene determinare. Confessor aliquando ex industria et utiliter imponit penitenti minorem penam quam peccatis suis iuste debitam. 1540
1545

De indulgentiis. Utrum per indulgentias possit aliquid de pena satisfactoria remitti. [Thomas×10; Bonaventura×1; doctores×1] Ponitur diffinitio indulgentie et declaratur. Ostenditur ex quibus constet thesaurus ecclesie spiritualis. Respondetur quod indulgentie ad aliud valent. Ad quid valeant de hoc recitantur opiniones. Finalis responsio: valet ad dimissionem pene pro dimisso peccato debito, et hoc quo ad forum ecclesie et quo ad forum Dei. Istius redduntur diverse rationes. Quomodo peccata nostra fuerunt punita per Christi passionem et per penalitates sanctorum supererrogatas. Quomodo indulgentia stat cum dignis fructibus penitentie. Indulgentiis non condonatur pena pro peccatis debita, sed solvitur quamvis, de alieno subsidio. Quomodo consideratio cause indulgentiarum excitat effectum ad /544rb/ eam qui disponit ad gratiam. Propter indulgentias non sunt obmittenda opera penitentie in mente; hoc consulitur. Et istius additur causa bona. 1550
1555

Utrum indulgentie tantum valeant quantum sonant. [Thomas×5; Bonaventura×2; doctores×1] Recitantur et refutantur diversi modi dicendi. Datur post hoc responsio communiter tenta. Enumerantur plures cause requisite ad hoc quod valeant quam sonant, id est quantum pronunciantur et in litteris concessionum scribuntur. Opera satisfactionis sunt magis meritoria glorie quam indulgentie mereantur. Quomodo intelligitur qui dat auxilium ad fabricam, an scilicet dans oblatum consequatur totam indulgentiam. An tantam consequetur qui moratur prope ecclesiam quantam qui venit a remotis. *Quid* indulgentia perhennis. 1565
1570

Utrum pro temporali subsidio debeat fieri indulgentia. [Thomas×2; Bonaventura×1] Respondetur quod sic, non tamen absolute, sed in quantum illud temporale ordinatur finaliter in spirituale. Que sunt cause propter quas debent fieri indulgentie. 1575

Utrum omnes episcopi possunt facere indulgentias. [Thomas×9; Bonaventura×3; Petrus de Tarantasia×3; doctores×3; Ostensiensis×1] Respondetur quod sic quo ad episcopos qui habent subiectum sibi plebem, et summus pontifex precipue inter omnes. Quare prelati minores et plebani non possunt facere indulgentias. 1580

Dubium, an aliqui non episcopi possint facere indulgentias. Respondetur quod sic, ut legati et electi confirmati.

Secundum, an valeant existentibus in mortali. Communiter tenetur quod non. 1585

1557 per] pro *ms.*

Tertium, an valeant religiosi. Respondetur quod sic, non tamen propter eas consequendas debet dissolvi regularis observancia.

Quartum, an indulgentie valeant non facientibus illud pro quo dantur. Respondetur quod non nec in hoc non potenti /544va/ operari reputatur voluntas pro facto. An unus possit alteri mereri indulgentias. 1590

Quintum, an valeant etiam illi qui eas facit. Prelatus non potest sibi ipsi facere indulgentias, sed concessis aliis ad aliquem locum potest uti.

Sextum, an valeant illis qui sunt in purgatorio. Respondetur quod non, et plura circa hoc dicuntur.

Septimum, an archiepiscopus possit concedere indulgentias in tota sua provincia. Respondetur quod sic, dummodo non contradicit statutum concilii generalis. Et sic singuli episcopi possunt in suis diocesis, ita quod non extendatur in dedicatione ecclesie ultra annum sive ab uno sive a pluribus dedicetur. Et in anniversario dedicationis sive pro quacumque alia causa non extendatur ultra 40 dies. Si decem episcopi darent annum, quia quilibet nisi dat suo subdito. An archiepiscopus et suus suffraganeus possint dare duplicatas. Dicunt aliqui iuriste quod non. 1595 1600

Distinctio 21a. Utrum ponendum sit purgatorium. [Thomas×2; Bonaventura×2] Ponuntur quatuor differentie decedentium. Questio conceditur, et assignantur cause quare oportet poni et pro quibus ponitur. Et adducuntur Scripture et alie multiplices probationes. Quomodo intelligitur, a modo requiescunt a laboribus suis. 1605

Utrum sit idem locus in quo purgantur electi et punitur reprobatus. [Bonaventura×4; Thomas×3] Una opinio quod unaqueque punitur ubi peccavit. Reprobatur. Alia quod supra nos puniuntur in aere aut spera ignis. Reprobatur. Dicunt doctores quod de loco purgatorii non invenitur expresse determinatum. Sed conformius dictis sanctorum et revelationibus, duplex ponitur locus purgatorii: unus communis commiunctus inferno ubi idem ignis purgat illos et cruciat alias. /544vb/ Alius est locus purgatorii secundum dispositionem divinam, et sic sunt diversa loca super terram diversis sepe deputata. Anime in purgatorio non puniuntur a demonibus nec a bonis angelis, sed a iustitia divina, cuius instrumentum est ignis infernalis. Item in morte hominis assistunt angelus bonus et malus et committantur eas ad purgatorium, bonus consolans et confortans, malus ut facietur in penis animarum. 1610 1615 1620

Utrum pena purgatorii excellat omnem penam huius vite. [Thomas×14; Bonaventura×9; doctores×3; Scotus×1] Una pena in purgatorio est damp-

ni, et tristitia illam consequens est maxima excedens omnem penam huius mundi. Alia est pena sensus, et illa similiter excedit omnem penam huius vite. 1625

Dubium, an pena in purgatorio sit voluntaria. Ponuntur definitiones voluntarii et secundum hoc respondetur.

Secundum, an existentes in purgatorio habeant maiorem certitudinem de gloria quam nos in via. Respondetur quod sic, et redditur causa.

Tertium, an mortale hic non dimissum possit <post> mortem dimitti. Respondetur quod non de communi lege, nec secundum culpam, nec secundum penam. 1630

Quartum, an veniale hic non dimissum et mortali in inferno coniunctum possit post hanc vitam dimitti. Respondetur quod non in eternum, nec quo ad culpam nec quo ad penam. 1635

Quintum peccatum veniale cum quo quis decedit in gratia possit quo ad culpam in purgatorio dimitti. Recitatur una opinio et reprobatur. Alia responsio est omnium, scilicet quod sic, et recitatur unus modus quo hoc fit.

Sextum, an purgatorium etiam liberet a penis peccatorum. Respondetur quod sic. 1640

Septimum, an a purgatorio unus alio citius liberetur. Respondetur quod sic. Et dantur duo modi quibus hoc sit.

Octavum: Utrum per confessionem generalem dimittantur venialia peccata /545ra/ Respondetur quod quando ex caritate fit et dicitur contra venialia peccata. Dicitur duplex confessio generalis: una sacramentalis que delet venialia ex quatuor causis et etiam mortalia oblita. Alia non sacramentalis que ex tribus causis delet venialia. 1645

Nonum, an liceat alicui confiteri peccatum quod non commisit. Respondetur quod nullus debet se accusare ore de quo non accusat eum conscientia. Quomodo intelligitur illud Gregorii „piarum mencium est sibi culpam agnoscere“, ubi culpa misericordie reperitur. Quomodo debet se habere in confessione quo ad peccatum de quo dubitat an sit mortale, an veniale. Confessor in omni casu teneatur celare peccatum sibi in confessione detectum. 1650 1655

Conclusio prima. Celare peccatum sibi in confessione detectum tenetur sacerdos de lege nature. [Scotus×17; Thomas×5; Bonaventura×2; doctores×2; Durandus×1] Declaratur uno modo qui reprobatur et datur alius etc.

1634 possit] ponit *ms.*

Secunda conclusio: ad celandum huiusmodi peccatum tenetur de lege divina positiva. 1660

Tertia, ad hoc etiam tenetur de lege positiva et ecclesiastica et sub magnis penis.

Quarta, non solum confessor, sed etiam ille cui confessor revelat iniuste, et etiam ille qui audit casu vel fraudalenter tenetur celare, et si homo audit ex causa cum alter confitetur, non peccant in hoc, sed si audit fraudulenter peccant mortaliter. Quibus illorum tenetur semper et pro semper celare, quia est preceptum negativum. Non magis potest revelare post <mortem> hominis quam in vita eius. Quamvis confessor in casu possit pro concilio habendo peccatum confitenter revelare, hoc tamen debet fieri sine revelatione aut determinatione quocumque modo /545rb/ ad personam confitentis. Pro nullo precepto obedientie, pro nullo iuramento servando, pro nullo periculo vitando debet homo prodere confessionem. 1670

Quinta conclusio, confessor tenetur zelare non solum peccatum confitentis et circumstantias que non possunt bene revelari sine revelatione facti, sed tenetur etiam celare personam secundam cum qua peccatum commissum est. 1675

Sexta, ad omne secretum celandum tenetur homo de lege nature. Notatur tamen ibi una distinctionem secundum Sanctum Thomam de aliis secretis a confessione. In solutionibus argumentorum multi tanguntur casus et instruitur homo quomodo in talibus se debeat habere in fine. Quid est sigillum confessionis. 1680

Utrum confessor possit de licentia confitentis revelare peccata sibi in confessione detecta. [Thomas×3] Datur unus modus. Contra quod arguitur et datur alius modus, qui videtur cautior. 1685

Utrum sciens peccatum alterius per confessionem et alio modo teneatur, et illud est clare. [Bonaventura×5; Thomas×4; doctores×2; Durandus×1] Recitantur due opiniones et reprobantur. Probatur tertia communis doctorum et adduntur cautele bone. Sacerdotes debent esse cautissimi ut non solum non revelent peccata sibi confessa, sed etiam ut verbo, facto, nutu aut signo quocumque se sic habeant quod ex hoc merito haberi possit suspicio contra personam, collegium, aut communitatem. Diligentissime enim est confessionis sigillum custodiendum. 1690

1693 aut] autem *ms.*

Circa textum. Quid est fundamentum, quid edificium, quid lignum, 1695
 fenum, stipula, quid aurum, argentum, lapides preciosi. [Thomas×3] An
 idem sint qui utraque edificant, scilicet aurum et lignum etc. Oportet
 omnia criminalia semel saltem in confessione exprimi.

Dubium: Utrum peccatum veniale /545va/ possit fieri mortale. [Bo- 1700
 naventura×4; Thomas×2; Ostensiensis×1] Vide ibi duos modos. Dupli-
 citer potest homo se fateri iustum aut reum. Ponuntur casus in quibus
 est alteri confiteri licitum sine licentia proprii sacerdotis.

Distinctio 22a. Utrum peccata dimissa redeant in recidivante ead- 1705
 dem numero. [Thomas×9; Scotus×9; Bonaventura×3; doctores×2] Idem
 peccatum numero potest redire de absoluta Dei potentia. Peccata per
 penitentiam dimissa non redeunt eadem numero, nec possunt de potentia
 Dei ordonata. Et recitantur circa hoc opiniones aliorum et reprobantur.
 Peccatum dimissum reddit tamquam circumstantia gravans novum in
 quo ille recidivat. Quomodo intelligitur parabola: ‘qui noluit misereri
 conservi sui, et ideo fuerit missus in carcerem donec solveret universum 1710
 debitum’.

Dubium an ingratitude sit speciale peccatum. Ibi vide de gradibus
 ingratitude.

Secundum dubium, an ex ingratitude recidivantis consurgit tantus 1715
 reatus quatum fuit preceptum dimissorum peccatorum.

Tertium quare secundum aliquos peccata dimissa dicuntur plus re-
 dire per quatuor peccata quam per alia quecumque, scilicet per odium
 fraternum, per apostasiam a fide, per contemptum confessionis, et per
 hoc quod homo dolet se penituisse.

Quartum, an ingratitude innocentis, si peccaret, esset maior quam 1720
 penitentis quam innocentis.

Quintum, an recidivans teneatur iterum confiteri prius confessa. Quid
 in penitentia sit sacramentum et quid ibi sit res, et an sit unum sacra-
 mentum.

Distinctio 23a. Utrum extrema unctio sit sacramentum unum a 1725
 Christo institutum. [Thomas×19; Bonaventura×8; doctores×5; Scotus×2;
 Durandus×1; Petrus de Tarantasia×1] Premittitur diffinitio unctionis
 extreme et aequaliter declaratur.

Conclusio prima extrema unctio est sacramentum.

1700 modos] modus *ms.* 1706 eadem] eandem *ms.*

Secunda: extrema unctio est unum sacramentum unitate /545vb/ 1730
aggregationis.

Tertia, extrema unctio est a Christo instituta, sed ab Apostolis raro promulgata, et circa hoc recitatur aliquorum contraria opinio, et reprobatur. Unctis oculis, si sacerdos deficeret debet alter continuare non incipiendo a principio, sed incipiendo ubi alter dimissit. 1735

Dubium, quis sit effectus huius sacramenti. Unus effectus eius est curatio cuiusdam languoris anime, qui est quedam infirmitas et ineptitudo anime ad opera, vite, gratie, et glorie, et relinuitur in anima ex peccato actuali aut originali. Secundus effectus eius spiritualis est finalis curatio et remissio venialium quo ad culpam et hoc ad illos qui devote et sine mortali suscipiunt. Tertius effectus eius est sanatio corporalis, quem inducit cum ista expedit ad spiritualem sanationem et homo non ponit obicem. 1740

Secundum dubium, que sit materia huius sacramenti. Respondetur quod solum oleum olive sanctificatum, cuius redduntur tres cause. Et debet oleum esse consecratum per episcopum. 1745

Tertium, que sit forma huius sacramenti. Quidam dixerunt quod nulla in eo regerretur debita forma. Illud reprobatur. Forma huius sacramenti non est indicativa, scilicet illa: 'ungo hos oculos oleo sanctificato, *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*'. Sed est deprecative, ut illa per illam sanctam unctionem et per suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. Redduntur cause quare est deprecative magis quam forme aliorum sacramentorum. Sacramentum hoc consistit in unctione actuali, ideo oportet esse aliquam simultatem unctionis et forme deprecative. Esset cautum uti tantum deprecative forma, tamen ubi est consuetudo ambabus uti, ibi premittatur /546ra/ indicativa ante actualem unctionem et deprecative dicatur simul cum unctione. 1750 1755

Quartum dubium, quis sit minister huius sacramenti. Respondetur quod solus sacerdos, et quilibet sacerdos potest esse minister eius. 1760

Quintum dubium, cui debet conferri. Respondetur quod non sanis, sed tantum infirmis corporaliter. Nec omnibus infirmitatibus, sed tantum illis qui creduntur esse in statu credentium. Non debet dari non potentibus sacramentum cognoscere et cum devotione suscipere, et precipue non furiosis et amentibus, qui possent sacramento non reverentiam facere per aliquam immundiciam, nisi haberent lucida intervalla etc. Nec debet dari pueris. 1765

1736 effectus¹] defectus *ms.*

Sextum, que partes sint inungendi. Non debet inungi totum corpus. Sed inungenda sunt organa potentiarum anime per quarum usum sepe peccatur. Apud omnes inunguntur loca communium sensuum, et apud aliquos pedes propter virtutem motivam, et etiam apud aliquos renes propter appetitivam. Alique penitentie habent organa geminata, et ibi etiam geminantur unctiones. Quare non inunguntur genitalia. Quomodo mutilati sunt inungendi et ceci nati. 1770

Septimum, an hoc sacramentum possit iterari. Respondetur quod sic. 1775

Octavum, quando debeat iterari. Respondetur quod in diversis infirmitatibus potest iterari quando homo in singulis deducitur ad talem statum quod est verisimilis estimatio de eius morte. Etiam in eadem infirmitate diuturna potest tocies iterari quociens homo deducitur in ea de novo ad talem statum quod est verisimilitudo de periculo mortis. Quando homo ex contemptu negli/546rb/git hoc sacramentum recipere, tunc huiusmodi negligentia ex contempt<u> veniens est dampnabilis, ut dicit Magister. 1780

Distinctio 24a. Utrum in ecclesia sint tantum septem ordines sacramentales. [Scotus×6; Thomas×3; Bonaventura×1; doctores×1] Ponitur multiplex acceptio ordinis; accipiendo ordinem proprie et prout est sacramentum, est in ecclesia pluralitas ordinum. Nobilissimus actus in ecclesia ierarchia est consecratio ewkaristie, et in ordine ad illum attenditur ordinum distinctio. Tantum sunt septem ordines sacramentales in ecclesia, et omnes deputantur sacramento ewkaristie et dat ordinum sufficientia. Psalmistatus non est ordo, sed officium annexum ordini lectoratus. Prima tonsura non est ordo, sed quoddam preambulium ordinum. Absolute loquendo quilibet ordo est sacer, sed anthologice tres maiores dicuntur sacri. Extendendo vero ordinis etiam ad officia et dignitates, sunt 14 ordines, qui ibi enumerantur. An episcopatus sit proprie ordo. Et de hoc recitantur due opiniones. An sit nobilior sacerdotio vel minus nobilis. An ordo sit proprie sacramentum. Respondetur quod non, sed ordinatio eius et minister eius est tantum episcopus. 1785

Utrum in sacramento ordinis conferratur gratia et imprimatur caracter. [Thomas×16; Bonaventura×4; Scotus×1] In cuiuslibet ordinis rita et digna susceptione confertur gratia. In cuiuslibet ordinis rita susceptione imprimitur karakter. 1800

1794 14] 14am *ms.*

Dubium an karakter ordinis necessario presupponat karakterem baptismalem. Respondetur quod sic; et si temptatur ordinari, nihil fit; et si in episcopum promoveatur, /546va/ non est episcopus, nec sunt ordinati quos ordinat, sed sunt reordinandi. Karakter ordinis presupponit karakterem confirmationis de congruitate, sed non de necessitate sacramenti. Esset congruum quod homo reciperet prius minores ordines gradatim et sic ascenderet ad superiores, sed non est de necessitate ordinis superioris absolute, sed de statuto ecclesie. An ad susceptionem ordinis requiratur bonitas vite. Respondetur quod saltem ad digne suscipiendum et digne in ea ministrandum. Unde peccat mortaliter qui cum conscientia peccati mortalis suscipit ordinem quemcumque: licet karakterem recipiat, tamen peccat. An in suscipientibus ordinem requiratur scientia tocius Sacre Scripture. Respondetur quod debet quilibet tantum scire quantum requiratur ad hoc quod dirigatur in actu suo et ad suum ordinem statum et officium pertinentem et etiam vide. An peccet qui ad ordines promovet indignos. Respondetur quod sic, et probatur pluribus auctoritatibus. An existens in mortali possit sine novo peccato uti ordine suscepto. Respondetur quod qui indigne facit id quod sibi ex ordine facere competit graviter peccat. 1805
1810
1815
1820

Distinctio 25a. Utrum heretici et ab ecclesia precisi possint ordines conferre. [Thomas×7; Bonaventura×1; Scotus×1; doctores×1] Respondetur quod sic, si servant debitam formam et materiam et ordinem faciendi quod ecclesia facit. Et recitantur quatuor opiniones quas etiam Magister recitat in littera. 1825

Utrum sexus muliebris et etas puerrilis impediatur susceptionem ordinis. [Thomas×8; Scotus×5; doctores×1] De sexu muliebri dicitur quod sic implicite, et hoc ex institutione Christi de etate puerili. Respondetur sub distinctione. An servitus impediatur ab ordinum susceptione. /546vb/ An propter homicidium non debeat a sacris ordinibus prohiberi. An bigamus repellatur ab ordinibus suscipiendis etc. Quomodo intelligitur cum dicitur quod symoniaci sunt heretici etc. 1830

Circa 30am distinctionem. Utrum matrimonium sit a Deo institutum. [Scotus×4; Thomas×2] Differentia est inter matrimonium et patrimonium et declaratur quod sit quodlibet eorum. Contractum matrimonii instituit Deus ante lapsum, et post similiter matrimonium instituit Deus. Gen. 2 capitulo. Sacramentum matrimonii non fuit in veteri lege nec in 1835

lege nature, sed Christus instituit, Mt. 19. Que forma huius sacramenti, quis minister eius, et quis effectus. De precepto matrimonii an obliget omnes etc. 1840

Circa tertiam distinctionem. Utrum inter Mariam et Ioseph fuerit verum matrimonium. [Scotus×5; Bonavnetura×4; Thomas×3] Decuit Mariam non solum esse virginem, sed etiam fovere virginitatem. Decuit matrem Domini fuisse matrimonialiter iunctam viro. Fuit congruum ut tali viro desponsaretur. Inter Mariam et Ioseph fuit verum matrimonium. Ex quo Maria virgo <vovit> virginitatem, quomodo potuit consentire in matrimonium sine preiudicio voti et integerrime virginitatis? Datur duplex solutio, S. Thome et Scoti. An matrimonium Marie et Ioseph fuerit aliquando consumatum. Respondetur quod nunquam, sed heretici detrahunt perpetue Marie virginis virginitati, quorum argumenta solvuuntur et facillime, quia nullius sunt momenti. Et exponuntur aliqua verba Ewangelii que heretici male pro se allegaverunt. 1845

Distinctio 38 de scandalo. Utrum omne scandalum sit peccatum. [Thomas×41; Alexander de Hales×4] Distinguitur de /547ra/ scandalo activo et passivo. Activum diffinitur et diffinitio declaratur. Conclusio: omne scandalum activum est peccatum. Declaratur auctoritatibus et rationibus. 1855

Secunda conclusio: aliquod scandalum est peccatum mortale et aliquod est solum veniale. Declaratur in diversis casibus. Quomodo intelligitur 'necesse est ut scandala fiant'. Quomodo illud dictum Christi ad Petrum, '*Vade retro scandalum es michi*'. Quomodo illud Ysaie quod Christus fuit 'lapis offensionis et petra scandali'. Dubium quid sit scandalum passivo. Illud declaratur. Et dicitur quod omne scandalum passivum est peccatum, aliquod mortale et aliquod veniale. Scandalum activum et passivum non sunt semper coniuncta, sed possunt separari. 1860

Dubium an perfecti possint scandalisare et scandalisari. Respondetur sub distinctione et declaratur tam de scandalo activo quam passivo. 1865

Utrum spiritualia bona sint propter scandalum dimittenda. Respondetur sub distinctione per conclusiones. Et multa dicuntur in solutionibus rationum, et principaliter de illo verbo Ieronimi propter scandalum passivum vitandum est dimittendum omne quod dimitti potest, salva veritate doctrine, vite et iusticie. 1870

1839 forma] formaliter *ms.* 1841 etc.] distinctio 38 de sacramento *add. et dell. ms.*

Utrum temporalia sint dimittenda propter vitare scandalum aliorum. [Thomas×3; Alexander de Hales×3] Respondetur sub distinctione. Et plura in solutionibus rationum. 1875

Distinctio 43a. Utrum generalis omnium resurrectio sit futura. [Thomas×2; Bonaventura×1] Respondetur quod sic et hoc est clarum ex triplici simbolo et ex Scriptura Sacra multipliciter. In solutionibus rationum tangunt expositiones plurium scripturarum. Adducuntur plura exempla naturalia que declarant resurrectionis possibilitatem. /547rb/ 1880

Dubium que sit causa resurrectionis nostre. Respondetur: principalis, divina virtus; exemplaris, resurrectio Christi; instrumentalis, tuba. Secundum quid est tuba. Una via dicit quod sit vox Christi imperantis resurrectionem et efficientis eandem, et illa dicitur tuba et iussus est clamor. Alia via, quod tuba sit manifesta presentatio Filii Dei ipsi mundo pro modum iudicis. 1885

Utrum resurrectio generalis sit in fine mundi et omnium in uno instanti. [Thomas×8; Scotus×3; doctores×3] Resurrectio erit in fine temporum cum cessabit motus celi. Congregatio pulverum erit ministerio angelorum et successiva, sed mira celeritate. Resurrectio corporum ex pluribus collectis erit virtute divina subito, et similiter unio anime ad corpus preparatum. Non omnium resurrectio erit in uno et eodem instanti, exceptu Apostoli. 1890

Dubium in quo instanti fiet resurrectio an in media noctis vel quando. Respondetur quod non est certum. 1895

Aliud dubium: quantus restet numerus annorum usque ad generalem resurrectionem. Non est certum, nec potest sciri per revelationem.

Tertium, an omnes homines prius incinerentur ante quam de mortuis sustitentur. Respondetur quod sic. 1900

Quartum, an omnes homines morientur et ex mortuis resurgent. Respondetur quod sic.

Utrum post resurrectionem noscet quilibet omnia que hic fecit, sive bona sive mala. [Thomas×3; Bonaventura×1; Scotus×1] Respondetur quod sic, sive dampnandi sive salvandi, et istius redduntur cause. Quare non tristantur boni de peccatis commissis ex quo sunt memores eorum. 1905

1892 virtute] virtutem *dell.*

Utrum cuiuslibet merita et demerita a quolibet alio etiam uno intuitu videantur. [Thomas×3; Bonaventura×1; doctores×1] Recitatur opinio Magistri de peccantibus beatorum, postea via communis /547va/ doctorum quod cuiuslibet etiam beati bona et mala, quamvis hic dimissa, a quolibet videantur, et dantur cause. Hec talium cognitio non fiet <in> instanti, sed in tempore minori et partiri divina tamen virtute hoc operante. 1910

Distinctio 44ta. Utrum in quolibet homine resurgat totum quod fuit in eo de virtute humane nature. [Scotus×4; Thomas×1] Respondetur quod non in quolibet, alias multi resurgerent immoderate magnitudinis. De que ergo partes resurgent in homine et que non. De hoc recitantur duo modi satis pulchri. In quo resurgit costa Ade ex qua Eva fuit formata. 1915

